RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Regentius Male Regens, Et Fanaticis Reditum Ad Papismum Frustra Suadens

Rostochii: Schwiegerau, [1730]

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1859241727

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Landes-Bibliothek
Rostock i. M.

Diss. theol.

REGENTIUS MALE REGENS,

ET FANATICIS

REDITUM AD PAPISMUM FRUSTRA SUADENS,

QUA

CATECHISMUM ZINZENDORFFIANUM

IN SERIE DISSERTATIONUM JOBELÆARUM

SUB AUSPICIIS

SACRO SANCTÆ TRIADOS

ET CONSENSU SUMME REVEREND. FACULTATIS THEOLOGICÆ,

PRÆSIDE

JOH. JOACH. WEIDENERO,

Phil. & SS. Theol. D. Ejusdemque Prof. P. O. Facult. suæ Seniore, Rev. Minist. Rostoch. Directore & ad Divum Mariæ Pastore. DOMINO, MÆCENATE, PRÆCEPTORE, AC AVUNCULO SUO DEVENERANDO.

Anno MDCCXXX. XVI. Cal. Octobris

HORIS CONSUETIS EXHIBITA ET DEFENSA,

A

PAULO ARNOLDO WEHNER,

Buxtehudano Bremensi,

Phil. & SS. Theol. Cultore.

Diss. theol
Wehn

ROSTOCHII, typis Nicolai Schwiegerovii, *Amplissimi Senatus* Typogr.

Mos. 3

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1859241727/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1859241727/phys_0002
DFG

PROSPECTUS DISSERTATIONIS.

PRÆFAMEN exhibet DN. REGENTII accusationem adversus CATECHISMUM *Zinzendorffianum*, ubi Thema nostrum insinuatur; Quousque scilicet, Argumenta REGENTII adversus CATECHISMUM valeant *Zinzendorffianum?*

TRACTATIO.

§. I. Docet, quod CATECHISMUS *Pontificiorum* toto differat cœlo a CATECHISMO *Lutheranorum*.

§. II. Hunc in finem demonstratur, quod CATECHISMUS *Pontificiorum* differat a *Lutherano*, qua *Primum* PRÆCEPTUM.

§. III. & IV. Qua *secundum* PRÆCEPTUM.

§. V. Qua *Tertium* PRÆCEPTUM.

§. VI. VII. & VIII. Qua *Quartum* PRÆCEPTUM.

§. IX. Qua *Quintum* PRECEPTUM.

§. X. Qua *Sextum* PRÆCEPTUM.

§. XI. Qua *Septimum* PRÆCEPTUM.

§. XII. Qua *Octavum*, *Nonum*, & *Decimum* PRÆCEPTUM.

§. XIII. Qua MORALIA docendi *Methodum* ac *modum*. Id quod in *Appendice Libr. S. S.* prolixius exhibitum.

§. XIV. Progreditur *Tractatio* ad ANTIGRAMMA DN. REGENTII & ejus ANNOTATIONEM *primam*, declarans *Primum* FALSUM *Papæorum*, Quod puta, SCRIPTURA non sit JUDEX *Controversiarum*. Id quod ulterius

§. XV. ex CONCILIO *Tridentino* probatum & sic

§. XVI. Adduntur & ARGUMENTA *Nostra*, quæ *frustra* abs *Istis* impugnata sunt. Et docetur

§. XVII. Quomodo vacillet Papæorum demonstratio? Post ea

§. XVIII. exhibet ad *Quæstionem* I. plenam Refutationem ARIANORUM ex Bibliis, *in genere* itidem quædam monens.

§. XIX. *Speciatim* Locum Joh. XIV, 28. vindicans &

§. XX. *Errorem Arianorum* e nervans. Idem istud

§. XXII. plenius absolvitur. Nec minus

§. XXIII. locus *ad Coloss. II, 6.* est vindicatus. Eodem modo

§. XXIV. Ad *Quæstionem II.* SABELLIANI refutantur ex Scripturis, dum LOCA *Biblica* Joh. X, 30. 1. Joh. V, 7. & Joh. XVII, 22. vindicata sunt.

§. XXV. Ad *Quæstionem III.* ANABAPTISTÆ eliminantur

DN.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1859241727/phys_0003
DFG

& LOCA *Biblica* Matth. XXVIII, 29. s. & Marc. XVI, 16. absoluta sunt.

§. XXVI. Ad *Quæstionem IV.* SCHWENGFELDIANI sunt rejecti & LOCUS *Biblicus* Joh. I, v. 1. est adstructus.

§. XXVII. Ad *Quæstionem V.* DONATISTÆ sunt repressi & LOCUS *Biblicus.* Cant. IV. v. 7. solide est explicitus.

§. XXVIII. Ad *Quæstionem VI.* CALVINIANI sunt eruditi ex *Loco* Biblico Luc. *XXII*, 19.

§. XXIX. Curam habet ANNOTATIONIS *secunda*, quando REGENTIUS blaspheme satis arguit, puod ex *Scriptura* vel ipsa VITIA probari possint; & evincitur,

§. XXX. Quod FURTUM non probetur Prov. VI, 30. ubi *preparative* docetur, quod *Papai* non habeant *plenum* COMMENTARIUM super BIBLIA. S. Scripturam *spreverint*, & *Linguas Authenticas* non curent.

§. XXXI. Quod ad PATRUM testimonia & SENSUM *Curia Papalis* nos *frustra* trahere voluerint.

§. XXXII. Quod *Laicos* a Scripturarum *Lectione* arcuerint & *Traditiones* obtruserint.

§. XXXIII. Quod SCRIPTURAM *bene & male* explicari posse somniaverint, Quod &

§. XXXIV. PAPAM *Judicem Controversiarum* effinxerint. Quibus præmissis,

§. XXXV. ad *Indicras Illationes* DN. REGENTII pergit & de *Vulgata* Versione *generatim* aliquibus adhuc monitis Textus versionē, qua *Vulgatam* illam exhibet. Ut

§. XXXVI. Textus ipse *clarius* exhibeatur. Deduciturque.

§. XXXVII. Quod ex *Exod. IV*, 11. DEUS non sit AUTOR *Peccati.*

§. XXXVIII. Quod ex Cant. V. 1. *Ebriositas* non sit permissa.

§. XXXIX. Quod ex *Ecclesiastici Cap. XLII.* 14. non sit melius, *impium* esse, quam *bonum*; Ubi & de LIBRIS *Apocryphis* justa venit *Observatio.*

§. XL. Quod ex Loco Matth. *XXV*, 27. USURÆ *mordentes* non sint adsertæ.

§. XLI. Quod sic dicti DII, non inferant ex Psalmo *LXXXVII.* v. 6. *plures Deos.* Quamvis &, quod

§. XLII. amplius exprimitur, DN. REGENTIUS *Casu quopiam* hæc adtulerit, arguuntur tamen *Papai*, quod *Revelatam* SCRIPTURAM male habeant & eandem sæpius *Ludibrio* exposuerint. His remotis

§. XLIII. adversus Fanaticos probatur, quod (I) JURAMENTA *præstari possint.*

§. XLIV. Quod (II) Dies *Dominicus* non sit constitutionis

huma-

humana; Qua & occasione DN. REGENTIO monstratur; quo modo (α) *Locum* Actorum *XV*, 22. explicare;

§. XLV. Quomodo (β) *Locum* Rom. *XIII*, 2. §. tractare;

§. XLVI. Quid (γ) ad *Locum* Coloss. II. v. 16. respondere DN. REGENTIUS debuerit & juxta

§. XLVII. Quod & LUTHERO cedere debuerint *Fanatici*;

§. XLVIII. Quid & tandem pro vindicatione *Loci* 1. Petri II, 13. fuerit observandum?

§. XLIX. Quod (III) GRADUS *Academici* & *Civiles* obtineant; Ubi contra *Dn. Regentium* exhibetur, Quod (α) *Locus* Joh. *XV*. v. 15. hujus rei causa nil probet.

§. L. Quod (β) *Locus* ad Ephes. Cap. IV, 11. eo non pertineat.

§. LI. Quod (γ) *Locus* Matth. *XXIII*, 10. rite applicatus, adhiberi non possit. Id quod

§. LII. amplius confirmatur. Sed &

§. LIII. deducitur, quod IV. DN. REGENTIUS frustra impugnaverit *Thesin*. Quod LEX *impleri non possit*. Quia id (α) *Luc. I*, 6. non sit adstructum; Nec (β) Rom. III. v. 13. adsertum;

§. LIV. Nec per *exceptionem* DN. REGENTII evictum;

§. LV. Nec ullo quopiam *Argumento* Ejusdem roboratum

§. LVI. indicatur; quod V. non minus DN. REGENTIUS frustraneo fervore se opposuerit FIDEI, ad salutem *unice* qua *partes nostras* sufficienti; Quo in isto *errore* (α) non sit adjutus ex *Loco* 1. Cor. XIII, 13.

§. LVII. Nec ex *Dicto* 1. Cor. XIII, 2.

§. LVIII. Nec ex *Loco* Marc. XVI, 16.

§. LIX. Nec ex Argumento Jac. II, 14. 16.

§. LX. Acceditur ad VI. *Fanaticorum Errorem*; Quod *Homo peccata remittere possit*; Ubi recte opposuit DN. REGENTIUS Textum Joh. *XX*, 21.

§. LXI. Solide etiam se recepit ad *Locum* Matth. *IX*. v. 8. Siquidem

§. LXII. facile expiret *Dubium* ex Marci II, 7. Nec quicquam

§. LXIII. invenerint *Fanatici* Luc. V, 21.

§. LXIV. Non & dimittitur VII. *Deliquium* Fanaticorum de *Tractu immediato*. Cui opponitur *Locus* Joh. XVII. 16. sicut & adjicitur genuina explicatio *Dicti* Joh. VI. v. 44.

§. LXV. Urgetur VIII. adversus φλυαρίαν; Quod de *Pane corporali* nemo debeat esse *solicitus*; PETITIO *Quarta*.

§. LXVI. Æque ac *IX*. adversus *non Imputationem Peccati*, (α) DN.

a DN. REGENTIO non congrue satis adductus est *Locus* Rom. XI. v. 20.

§. LXVII. Nec (β) *Dictum* 1. Cor. IV, 4.

§. LXVIII. Nec (γ) *Locus* Rom. III, 23. repeti debeat.

§. LXIX. (X) Contra *Errorem Fanaticorum* de BAPTISMO *Ignis, Spiritus & Conscientiæ* recte oppositum DN. REGENTIUS (α) Textum Joh. III. v. 5. Sed & (β) monetur, quod reliqua etiam refutare debuerit, & hunc in finem vindicatur *Locus* Matth. III. 11. Ac

§. LXX. adjicitur, quid per BAPTISMUM. *Ignis* intellexerint PATRES & quid ex *Contextu* intelligi debeat?

§. LXXI. Monstratur itidem (γ) quod ex Loco 1. Petr. III, 21. nil sint lucrati *Fanatici*. Et Quod *Papæi*.

§. LXXII. (δ) *VIM* & efficaciam Baptismi *peccatis penitus tolli*, male venditaverint.

§. LXXIII. (*XI*) Cum DN. REGENTIUS impugnaverit Thesin; Quod INFANTES *credant*. Hinc monstratur (α) Quod conf uderit *Quæstionem* cum Rom. X, 17. de *Adultis* agatur, & quod (β) INFANTES credant, satis sit demonstratum. Probatur etiam

§. LXXIV. Quod (γ) INFANTIBUS *Christianorum* salus non sit disputanda; Id quod probatum sit a *Weidnero tribus rationibus*, Quibus

§. LXXV. Accedunt adhuc *Novem*. Ut

§. LXXVI. Refutentur & OBJECTIONES *Papæorum* Vque.

§. LXXVII. Eundem & in finem Vita.

§. LXXVIII. Sicut & ex pluribus Biblicis Dictis ac Illationibus VIImam enervat, & THESIN *suam* confirmat ac illustrat.

§. LXXIX. De Statu INFANTIUM *Gentilium* ex FECHTIO & ZERNECKENIO agitur. Hi namque *Primam* & *Secundam Classem* AUTORUM exhibuerunt. Cui adjiciunt

§. LXXX. *Tertiam*, *Quartam* & *Quintam*. Ut

§. XXXI pro *damnatis Gentilium* INFANTIBUS, *XII*. Argumentis decidant

§. LXXXII. (*XII*) ERROR *Fanaticorum* refutatur; Quod EXTERIORA *nil faciant ad Salutem*. Ubi (α) *Locus* Matth. *XXV*. v. 24. vindicatur

§. LXXXIII. (β) Matth. V. 16.

§. LXXXIV. (γ) *Dictum* Rom. *X*. v. 10.

§. LXXXV. (δ) *Locus* Joh. VI. 6. 63.

§. LXXXVI. (*XIII*) ERROREM *Fanaticorum*; Quod *credentes* soli ad Sacram Cœnam sint admittendi, enervatur & Dissertation finitur.

(o)

REGENTIUS male REGENS, & FANATICIS reditum ad Papismum fruſtra ſuadens.

Qua CATECHISMUM Zinzendorfianum.

PRÆFAMEN.



Dominus REGENTIUS in ſinceris ſuis *RELATIONIBUS. Num. III.* agere voluit de Doctrinis iſtis, quæ in *CATECHISMO Comitis ac Dn. de Zinzendorff* reperiuntur; & recenſet, quod puta *COMES* ille *illuſtriſſimus*, Catechiſmum aliquem adornaverit, eundemque cum *Præfatione M. M. SCHEFFERI*, ſub *Rubro:* Gewiſſer Grund Chriſtlicher Lehre. *Lipſiæ* apud *S. B. Walterum*, jam Anno 1725. erudito Orbi exhibitum voluerit; Inde vero *quatuordecim* falſas doctrinas ſiſtere, easdemque refutare voluit, ut puta, conſtaret ſingulis, fanatica iſtiusmodi, non tantum *Auguſtanæ CONFESSIONI* adverſari, & ſic hoscemodi errores *PACE Religioſa* frui non poſſe; Sed & demonſtrare inſimul intendit, quod errorum convinci non poſſint Fanatici illi niſi a *Religione Papæa.*

Noſtrum ergo duximus; ut hac occaſione, demonſtratemus ſingulis, quod *CATECHISMUS Papæorum* miris modis

fallat,

fallat, *erroribus* innumeris *scateat*, & veluti *NORMA Professionis Fidei*, *ac de Fide*, haberi non possit; Tum & approbaremus ea, quæ in *Regentianis Animadversionibus* S. Codici conveniunt, limam vero & sinceriorem nostram doctrinam, adjiceremus iis, quæ ad *NORMAM unicam Sacratissimæ REVELATIONIS* si expenduntur, rejici ac emendari necessario debent. In sancto igitur hoc Proposito, *DEUS Noster*, nos ut confirmet, & in Veritate sua Revelata securos ac adsertos nos ducat & conservet! id est, quod quidem ex animo ac religiosissime precamur.

TRACTATIO.

§. I.

COnducere arbitramur, si hac occasione de *CATECHISMIS Papæorum* aliqua præmiserimus. *CATECHISMOS* ergo esse *Laicorum BIBLIA*, in quibus omnia illa *breviter* comprehenduntur, quæ in S. Scriptura *fusius* tractantur, & quorum *Cognitio* homini Christiano ad æternam salutem est necessaria. Id profitentur *CONFESSORES Nostri. LL. SS. p.* 571, *f.* Pia enim Doctrina, e Verbo DEI desumta, in iis *quam maxime*, *perspicue & simplicissime*, in usum rudiorum & laicorum, est comprehensa & dilucide declarata. Ibid *p.* 634 Quam vero discordet *PONTIFICIORUM Catechismus* ab Orthodoxis & *LUTHERANIS*, id non uno nomine declaratum est; Et periculum si fecerimus, principalium errorum, operæ pretium nos generatim præstitisse, non tædebit.

§. II.

Manifestum proinde est, quod *CATECHESES Pontificiæ*, contra *DECALOGUM* diriter impingant; Ita quidem adversus *Primum PRÆCEPTUM* decidunt: Posse dari *ter invincibilem DEI ignorantiam ANGELOS* religiose esse adorandos. Cultum itidem *Sanctorum* & præcipue *MARIÆ*, *Reliquiarum* & sic porro, institutionis esse Divinæ; Singula tamen eadem Præcepto

cepto primo & Revelationi reliquæ, contrariantur; Quia præcipue *FIDES* illa *implicita*: Credo, quod Ecclesia credit. huc referri meretur; Nec novimus *Calvinianorum* separationem & oppositionem *Primi* Præcepti, quam tamen ex *Pontificiis multi* palpare non erubescunt; Sicuti & idololatriæ reos habere eosdem omnino adigimur. Ut nil dicamus denuo de excusata *ignorantia*, de impugnata *spe*, de flocci habita *caritate*, de nauci ductis reliquis *argumentis*, abs *Adoratione*, *Religione*, *spe* & *amore DEI*; Quæ propter conciliari cum iisdem ad hunc usque diem non potuimus.

§. III.

Nec quoad *Secundum PRÆCEPTUM* convenimus; Falsum etenim id est, quod *BLASPHEMIA* in *DEUM* & *Divos* non differant specie; Quod *blasphemus* præter fraternam correctionem, Jure Naturali requisitam, non debeat *redargui*; Quod *JURAMENTUM falsum* & *injustum* non sit *blasphemum*; Quod in Causis Juramenti, *RESERVATIONES mentales* obtinere possint; Quod jurandi *consuetudo* non sit peccatum *letale*; Quod *Pontifex* & *Episcopi* dispensare possint super Juramentum *male* præstitum; Quod jurare falsum, sine animo jurandi, non sit *peccatum letale*; Quod decuriones & Officiales itidem in tale Juramentum *inquirere* ex officio non debeant.

§. IV.

Accedunt *VOTORUM* inania Præcepta, scilicet Votum in *matrimonio contrahendo*, quando quis se experitur adeo ad carnis piacula proclivem, ut vix se possit continere, non esse validum, quia scilicet, posita adhuc illa facilitate & peccandi consuetudine, Votum de matrimonio impedit magis bonum formaliter, Vitam scilicet *cœlibem* & Religionis statum; *PARENTES* non posse post pubertatem, *irritare* vota prolis, *ante pubertatem* emissa, nec in pubertate confirmata seu approbata; *VOTUM castitatis* emissum abs uxore, *absque Viri consensu*, ab illo irritari non posse; Nomina DEI tribui posse Papæ ac *Sanctis*; Evangelium *superstitiose* porro adhiberi, *Benedictiones* super Creaturas imponi, speciales *Exorcismos* ad effe-

ctus supernaturales producendos, efformari, eoque ipso *vilipendium* & contemtum *SCRIPTURÆ* introduci in Papatu, hoc est in propatulo.

§. V.

Errant & *Pontificii* adversus *PRÆCEPTUM Tertium*. Negant enim, *Originem SABBATHI* statim post conditum mundum cœpisse, *Missis* contaminant hunc Diem, ac *MARIANUM Sabbathum* fingunt; Ad *Sanctos* demortuos Dies Festivos obliquant; Audita *Missa*, reliqvum Diei tempus consumi posse, in Venationibus, Bellorum simulacris, lusibus, choreis & otiis, adstruunt, ac ad opera quævis paratum aditum formant; *exteriora* itidem rigide curantes, nec internum, nec externum Cultum sincere formant, in DEum & Scripturas, vel eo ipso, non unis vicibus, injurii ac incurii.

§. VI.

Tenorem *PRÆCEPTI Quarti* miris modis *Papæi* interturbant; In *Electione* enim *status religiosi*, filiis non tantum *concedunt*, sed & eosdem *jubent*, ut parentibus *non obediant*. Filios contumelia afficientes parentes suos, si materia *sit parva*, a peccato mortali absolvunt. Filium *optare*, quin de *morte parentis gaudere* posse nugantur, ut puta, hæreditate paterna fruatur. Matrem posse desiderare *mortem filiæ*, ne illam alere vel dotare cogatur. Subditum tandem expetere *Prælati sui mortem* posse, ut in prælatura *ipse* succedat, vel ut a Prælato *sibi offenso* liberetur. Filium *invito patre*, contrahere matrimonium posse cum ea, quam carnaliter cognovit, aut cui matrimonium promisit. Filios Papæos *non* teneri parentibus *hæreticis*, *Ethnicis*, *Turcis*, alimenta impertire in gravi necessitate, & vicissim; Filium non teneri, *infidelem* in extrema necessitate constitutum alere Parentem, si conetur a fide eum avertere; Filium posse *furari* ad sublevandam extremam necessitatem patris.

§. VII.

Ejusdem furfuris hæc etiam sunt: Filiam non peccare, si *coloribus fucet faciem*; Patrem *exponere* posse filium, quem tamen alere potest; Patrem non teneri, ut *filios ac filias spurias* dotet.

dotet. Parentes non posse *suadere* filiis, qui castitatis Votum emiserunt, idque ex incontinentia sæpe violenta, ut ducant uxorem; Nec minus fallunt sequentia: Famulum, qui servire promisit annum integrum, si modo *sex menses* inservierit, nulla mercede esse afficiendum; Famulum, si servierit *minori pretio*, id occulte, fraudibus & dolis & furtis posse compensare; Herum tandem non peccare, qui famulis arcam apertam relinquit, *eo fine*, ut furentur.

§. VIII.

Præcipue vero nefandi criminis rei habendi sunt omnino, quia se Magistratuum ac Principum *Juribus* exsolvere omnibus, & injustissimis etiam modis, adlaborant. Eructant enim: *Rebellionem* Clerici in Regem, non esse crimen læsæ Majestatis; Subditum & vasallum non obligari *Regi hæretico* & ex Decreto Papæ *deponendo*; Licere subditis, *Regem occidere*, si sit *hæreticus* aut *justo severior*; In probabilitate orta, Regem *licite* bella gerere posse contra alium, quia quis sequi possit opinionem probabilem; Militem *dubitantem* de Justitia belli non posse bellari; Subditum *dubitantem* an gabella sit juste posita, non teneri, illam solvere; Valde probabile, præcipienti Superiori, subditum obedire non debere, quando opinionem habet *probabilem*; Illicitam esse rem imperatam, vel excedentem ejus Jurisdictionem &c. Prælatis Ecclesiæ exhibendam *cæcam obedientiam* &c.

§. IX.

Longe itidem aberrant adversus *PRÆCEPTUM Quintum* Papæi. Dicunt enim; Licitum esse *invasorem occidere*, qui fustem vel alapam viro honorato vult infligere; Licere *prævenire* aggressorem, eumque priusquam invadat, *occidere*; *PETRUM*, si per *famulum* occidere voluerit *ANTONIUM*, tunc licitum esse Antonio, cui nulla evadendi spes, ante irruptionem famuli, Petrum imperantem occidere; Licere, ut occidatur *falsus testis*; Pro *honoris* defensione, pro *Religionis* tutela, pro *facultatum* immunitate, privatum invasorem quemque occidi posse, æque ac istum, qui mortem nobis minitatus

est; Furem rei, quæ *unius aurei* valorem non excedit, perimi posse; Privato cuilibet homini licere, gladio, veneno, proditione, aliave quavis vi, occidere invasorem, Regem & tyrannice dominantem; Posse bannitum *proditorie* interimi; Posse hominem ab internecione *sui ipsius* excusari; Damnatumque ad mortem, per famen, a cibo clanculum sibi abstinendo, se necare posse; Maritum *uxorem*, Patrem *filiam nuptam*, simul cum *adultero* posse perimere &c. &c.

§. X.

Nec cum *PRÆCEPTO Sexto* congruunt. Garriunt enim: *Simplicem fornicationem* non esse peccatum mortiferum, publicos & notorios *concubinarios*, non esse de jure suspensos, aut fieri irregulares; Judices *seculares* non posse ex officio punire concubinatum, neque *Concubinas* Clericorum, judicio seculari subesse. Fluctuant porro: Magistratum non peccare *lupanaria* constituendo; Inordinatum concubitum cum uxore non esse peccatum mortale; Copulam cum conjugata, *consentiente marito*, non esse adulterium. Non esse *sodomiam*, si vir cum propria fœmina rem habeat in *præpostero vase*; Conmixtionem cum consanguinea uxore, in matrimonio tantum rato, & non consummato, non esse incestum; Papam dispensare posse in gradibus tam *consanguinitatis* quam *affinitatis*; Ob sanitatem vel alium finem honestum, licitum esse desiderare *pollutionem*; Voluptates *sensuum* licite posse appeti propter se, & finem solius delectationis etiam conjugalis, ne *veniale* quidem esse peccatum; *Famulos* comitantes dominum suum ad scortandum exeuntem, inter nuncias literas ferentes, excubias & custodiam parantes, non peccare *mortaliter*, modo non consentiant in peccatum dominorum, sed id demum fiat propter temporalem commoditatem; Concubinarium non tenere dimittere *concubinam*, quæ ipsi sit *nimis utilis*; Clericum habentem rem cum fœmina in vase præposteto, non incurrere *pœnas* Bullæ Pii Papæ Quinti contra Clericos sodomitas, & bis aut ter crimen *Sodomiæ*, quin & bestialitatem perpatrantem absolvi posse Delectationem

&

& consensum deliberatum de *cognitione seu speculatione operis mali*, non esse lethale peccatum. &c.

§. XI.

Accusat & Pontificios *PRÆCEPTUM Septimum*. Nam statuunt, Quod fur *rem parvam* auferens, quam scit magni a Domino pendi, & propter quam angore afficitur, non peccet mortaliter; Quod minima furta, etiam ex bonis monasterii *minutatim* facta, ad quantitatem quinque vel sex regalium, quæ furtum grave constituunt, non sint peccatum letale, in ultimo ut loquuntur furtiolo, & omnia rerum minimarum furta, etiamsi notabilem constituant quantitatem, non sint letalia; Quod filius familias, serviens Patri, possit *clam* accipere tantum, quantum pro eo servitio, extraneo cuidam esset insumendum; Quod uxor, quæ ampliſſimam dotem detulit, possit absque mariti facultate, quinquaginta v. gr. aut sexaginta aureos, nutrici ipsius ad dotem filii, aut ob licitum alium titulum, impertiri; Quod quantitas minor dictus *nummus aureus*, non sit letale peccatum Vasalli, respectu Regis vel Principis; Quod famuli & ancillæ possint *occulte* heris surripere, ad compensandam suam operam, quam majorem judicant salario; Quod servi *captivi*, licite se ipsos a suis dominis furari possint, sive fugere in patriam, aut in alia loca, ubi libertate potiuntur, nec domini experientes, eosdem possint punire; Quod, qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum, non teneatur de restitutione illius damni; Quod contractus *MOHATRA* licitus sit, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu revenditionis prævia, inito cum intentione lucri; Quod otiari, mendicare, & montem pietatis erigere liceat. &c &c.

§. XII.

Adversus *PRÆCEPTUM Octavum* insurgunt *Papæ*, quando contumeliam contumelia, convitium convitio, propelli aliquando posse, affirmant, & non letale peccatum arbitrantur, si audita aliorum crimina, apud alios quis retulerit, dum modo crimen alterius occultum, uni aut alteri viro *prudenti*

denti retulerit; Sed & si istud *sine causa justa, & honesta*, ob meram curiositatem & levitatem evenerit, letale idipsum fore non arbitrantur; Cujus fursuris & hæc sunt: Si quis non tantum infamaverit illum, qui *falsis virtutibus* famam acquisivit, aut de *uno crimine* publice est infamatus, sed & delictis alterius speciei levioribus morsum intulerit; Si quis libellum *infamatorium* non manifestaverit, & dum confecerit eundem, secundum edicta Superiorum, non manifestaverit; Si quis sine legitima causa infamet illum, qui *publice* criminosus fuerit; Si quis divulgaverit *crimen*, quod injuste ac falsorum testium iniquitate, impactum noverit; Si quis crimen *falsum* proximo affinxerit, ad torturam in Judicio, vel extra illud, aut ad damnum grave vitandum; Si quis *alienas literas*, sine animo nocendi, ob curiositatem, aperuerit; Si quis *semet ipsum* sine causa infamaverit, & falsum sibi crimen imposuerit, ex quo certo sciverit, se capitali supplicio fore afficiendum; Si quis per *susurrationem* alium excludat abs amicitia, quam ipse sibi ambit; Si quis quando *utrinque* sunt motivæ probabiles, contra Personam judicaverit; Si quis suspicione *temeraria* laboraverit; Si quis *æquivocatione* usus fuerit ac audientem deceperit. Quibus & accedit; Quod & in Confessione, silentio res aliqua ita sit premenda, quacunque etiam causa sub sigillo Confessionis, ut si interrogetur, etiam cum discrimine vitæ, debeat silere; Quod non omne *mendacium* sit letale, & *stellionatus* licitus sit in libris subventaneis. Immo & adversus *PRÆCEPTUM Nonum & Decimum* insurgunt Papæi, dum *CONCUPISCENTIAM* in renatis superstitem, *non esse peccatum, nec lege prohibitam*, sed tantum causam & pœnam peccati, adseruerunt.

§. XIII.

Immensus foret campus, peragrandi *MORALIA Papæorum*, & de pluribus Moralistarum & Casuistarum istorum operis, vere dici potest cum *PIO Papa V.* quod sint *mera malorum hominum commenta, quæ opponantur Religioni & virtutibus moralibus; Quod sint ars rixandi cum Deo* & ne *schola* quidem lon-

ge

ge minus *vitæ civili* inserviant; Dum enim speciales casus resolvere voluerunt *per rationes, & ad fines nimium ancipites, & plane tales, qua ipsos in errores & intolerabiles conniventias, ab Ecclesiis jure meritoque damnatas, precipitarunt*, mala plura, quam bona adtulerunt, quæ propter & autoritas eorum, *nullius est pretii, & ut inde commodi quicquam trahas, in eorum operibus per pauca offenduntur.* Videatur *Lud. Ell. DUPIN. in Methodo Studii Theol. Cap. IV. p.* 88. Certum etiam id est, quod ad peccata quævis *impune committenda*, latam viam aperuerint; Cujusmodi sunt de *probabili CONSCIENTIA*, quam siquis, etiamsi erronea sit, aut vel unius Doctoris nitatur auctoritate, sequatur, non peccet; De Methodo dirigendi *INTENTIONEM*, acsi hæc sola, ut licite aliquid fiat, sufficiat; De arte *mutandi DEFINITIONES virtutum ac vitiorum*, qua virtutes in vitia, & vitia in virtutes mutentur; De *COGNITIONIBUS bonis*, quorum gratiam si Deus non suppeditat, hominem in quocunque opere peccare, negant; De *ÆQVIVOCATIONIBUS* itemque *Restrictionibus, & Reservationibus mentalibus*; De *ATTRITIONE, Peccato Philosophico &c.* Videatur ex *HEIDEGGERO, Dn. D. BUDDEUS.* in *Isagoge Historico-Theologica. Lib. post. Cap. IV. p.* 711. ff. Ubi completam Historiam illorum dedit, qui hæcce Jesuitarum, seu recentiorum Moralistarum placita *propaganda* susceperunt; Quicquid & *ARNALDUS, PASCALIS*, sub nomine *Ludovici Montaltii*, latitans *WENDROCKIUS*, sub nomine *Petrii Nicolii*, palliatus *Alphonsus de VARGAS, VALERIANUS Magnus, HEILBRUNNERUS, LEPORINUS, HANIUS* & quot non alii, in contrarium adstruxerunt; Quorsum referri debent Libri, sub *Rubro*: *DOCTRINÆ Jesuitarum præcipua capita, a doctis quibusdam Theologis retecta, & solidis rationibus confutata. CONSILIUM super commodis vel incommodis novæ sectæ, seu fœtu religionis Jesuiticæ.* Bedencklicher Ausschlag über das neue Meisterstück der *Jesuiten* wider alle Ketzer. Von der Jesuiten abscheulichen *PRACTIQVEN*, wider König- und Fürstl. Personen. Imgleichen, Antwort auf *P. C. OTTONIS* Erklärung an die Königin in Franckreich

reich wegen des Königes Mord. Secreta *MONITA* Societatis Jesu. Von der Jesuiten *CABBALA* und geheimen Künsten in Gewissens-Sachen. *RELIGIONEM Jesuiticam* docere multa *paradoxa* & rectæ rationi e diametro contraria. *JESUITA* versipellis &c. &c. Nihilominus tamen antiquum adhuc sapiunt, & nuper iterum in Schwenckfeldianis convertendis, cum *P. REGENTIO* miris modis aberrarunt. Videatur *D. JANUS.* in *Methodo Jesuitica, convertendi Schwenckfeldianos*; & addatur *D. J. A. OSIANDRI, Theol. Moral. tota.*

§. XIII.

Restarent adhuc per *universam Theologiam*, quæ adversus Papæos, jure integro moneri possent; Verum cum in *compendio* nunc demum de potioribus agere decreverimus, hinc invitamus *Dn. REGENTIUM*, ut, qui probe novit, quod LL. nostris SS. adjiciatur communiter *APPENDIX tripartita historico Theologica, D. A. RECHENBERGII*, ibidem conferat ea, quæ *p. 56. ff. in Tabula II. ex DANNHAUERO*, adversus *Papatum* sunt exhibita, & spongia qvapiam, si poterit, abstergat tot horridos errores, quorum ad hunc usque diem rea agitur *Curia papalis.* Et si, plura cupit, nomina demum signabimus, *Lutheri, Chemnizii, Graweri, Hülsemanni, Gerhardi, Dannhaueri, Schmidiorum, Calovii, Scherzeri, Güntheri, Mayeri, Quistorpiorum, Botsacci, Carpzovii, Kromayeri, Læscherorum, Fechtii* & innumerorum aliorum, qui satis develarunt errores *SEDIS ROMANÆ*, & quod sibi nec constet, nec cum eadem redintegratio aut reconciliatio, rebus sic adhuc stantibus, sperari aut obtineri unquam possit, abunde demonstraverunt.

§. XIV.

Nunc postquam brevi complexu absolvimus ea, quæ adversus *CATECHISMUM Papæorum* observanda duximus, ad Dn. Regentii *ANTIGRAMMA. II.* progrediendum nobis est; Ubi quidem statim ad *ANNOTATIONEM primam*, necessarium id judicamus, ut indicemus, aperiri a *Dn. REGENTIO πρῶτον ψεῦδος*, quod quidem vel ipsi *LIBRI Θεόπνευστοι*, nihil habe-

habeant, quod *decidere* & JUDICEM *controversiarum* agere possit, præter PAPAM; in quo BELLARMINUM suum *Libro IV. de Pontifice Roman. Capite V. Controv. Tom. I. p.* 315. fideliter sequutus est, velut id in posterum adhuc clarius dispalescet; Concedunt namque hi *sectarii* IDOLI *istius Romani*, quod *non sit absurdum dicere*, quod & possit id *fieri*, ut PAPA *jubeat aliquid, quod non est bonum; subditorum tamen non sit de hac re judicare, sed simpliciter obedire.* Imo *Decreta* PAPÆ supra & adversus ipsam Scripturam venerantur; Quem in finem *Cornelius* MUSSUS. in *Cap. XIV. Epist. ad Romanos*, decidere ausus est; *Se unius* PAPÆ *decisioni magis credere, quam mille Hieronymis, Augustinis, Gregoriis, &c. quia credat Papam non posse errare in rebus Fidei*; Hinc vero LUTHERO plena facultas suborta est, ut scriberet in *Articulis Smalcaldicis. p.* 332. PAPATUS *simpliciter est merus Enthusiasmus, quo Papa gloriatur, omnia Jura esse in scrinio sui pectoris, & quicquid ipse in Ecclesia sua sentit ac jubet, spiritum ac justum esse.*

§. XV.

Documenti locus eximius sane est, in *Annotatione* illa *prima* Dn. REGENTII: ZINZENDORFFIANAS etenim *Doctrinas* non habere *fundamentum*, nec *majora Argumenta*, docet, quam quæ omnes *antiqui* & *hæretici errores* habeant; Siquidem & hi *Biblica Dicta* pro fundamento suo venditent, quos tamen ipsa A. Confessio, tanquam *damnabiles errores* rejecerit; Inde vero concludit, quod sine PAPÆ Decreto, *Sacra* SCRIPTURA sit *nasus cereus*, & norma *Lesbia*; Id quod itidem expressum DECRETum. *Sess. IV. Concilii Trident. p.* 20. manifestissime declaravit; Ubi legitur: *Præterea, ad coërcenda petulantia ingenia, decernit Concilium, ut nemo, sua prudentia innixus, in rebus Fidei & Morum, ad ædificationem Doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram* SCRIPTURAM *ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione* SCRIPTURARUM *Sanctarum, aut etiam contra unanimem consensum* PATRUM *ipsam Scripturam S. interpretari audeat.*

§. XVI.

Hac igitur ratione sequentia *Lutherana Fidei* ARGUMENTA infringere ferociter moliti sunt; Quod nempe.

(I) *Ecclesia* ipsa, & quæ revera sit *Ecclesia* CHRISTI, sit discernenda ex *sacra* SCRIPTURA, ac Ecclesia *dependeat* a *sacra* SCRIPTURA, non vero contra SCRIPTURA sit discernenda per *Ecclesiam* aut dependeat ab *Ecclesia*.

(II) Quod SCRIPTURA *sacra*, habeat *interiorem ac Divinam Virtutem*, *convincendi* homines, *movendi* eosdem, & *in adsensum congregandi*, quale quid ab *Ecclesia*, non nisi tanquam teste expectari possit.

(III) Quod, dum APOSTOLI in Rebus momento, sis Fidei, ad SCRIPTURAM & non ad Ecclesiam provocaverint, nostrum etiam id sit, ut *scrutemur Scripturas*.

(IV) Quod, dum JUDÆI a *Pythonibus*, *Hariolis*, *Sibilantibus* & *Mussitantibus*, ad LEGEM & TESTIMONIUM sint abducti, nos & bebeamus cavere pericula & damna, neglectum Scripturæ insequentia, ne *famelici*, *perplexi*, *esurientes*, *indignantes* & *maledicentes* tandem evadamus. Esa. VIII, 19. ff.

(V) Quod BERRHOENSIUM instar, scrutari debeamus SCRIPTURAS; Num *se habeant hac ita*; Non vero abs *Ecclesia* aliud, quam *testimoniale* judicium sit exspectandum.

(VI) Quod *Ecclesia* in discriminandis causis, suspendatur a SCRIPTURA. Ephes. II, 20. f.

(VII) Quod, si in *Vet. Test.* revelata SCRIPTURA, unica fuit *Norma* & *Judex omnium*, tunc & idem præsupponendum & sperandum sit *in N. T.*

(VIII) Quod *Sacra* SCRIPTURA in genuinis, antiquis & orthodoxis *Conciliis* fuerit *Norma Controversiarum*, non vero *Ecclesia*.

(IX) Quod per Ecclesiam intelligere non possimus PAPAM & *Curiam papalem*; cui cedere in erroribus nequaquam possumus.

§. XVII.

Accedit, quod

SE-

α) SEDES *Papalis* aliquoties *vacaverit*, & PAPAS non eruditos, vitiosos ac horridos habuerit.

β) *Falsa & erronea Decisa* dederit, quin abs ipsa *Fide* aberraverit; Id quod

γ) *Superius exhibiti errores* & *innumeri alii*, confirmaverint; In quibus

δ) *Tyrannicus fervor* & dira persecutio super *innocentes*, totum Orbem impleverit; Quod

ε) Etiam inter *Papæos ipsos*, non modo *Jansenistæ*, *Quesnelliani* & *alii*, sed & *Gallica tota Ecclesia*, impugnet istiusmodi *Primatum*, quem quidem *per ipsam suam naturam* conciliare non possumus. Confirmamur vero præcipue,

ς) quia nec PATRUM auctoritati satis tuto confidere datur; contra VINCENTIUM *Lerinensem* enim disceptavit DALLÆUS, & contra Reliquos, scripta *Theologorum Nostratium* ubivis abundant. Vid. breviter *Dn. M. C. G.* **Engelschall.** In der siegenden Evangelischen Wahrheit. p. 35. ſ. ſ. Nos ergo propius nunc accedimus, visuri; qua via Dn. REGENTIUS adversus Zinzendorffianum Catechismum argumentetur, ut fidem non inveniat? Et quomodo *Zinzendorfianus Cathechismus* argumentetur ex detorta *Scriptura*, ut fallat potius, quam erudiat aut informet.

§. XIIX.

Tentaminis proinde gratia, PRIMAM suppeditat, eamque ARIANAM, non *Arrianam* QVÆSTIONEM: Num CHRISTUS *Verus DEUS* sit, & *Consubstantialem Essentiam* PATRIS habeat; Num vero PRIMOGENITUS demum sit *inter Creaturas*? Asserit hic DN. REGENTIUS, quod ARIANI impugnent *primum* illud *Caput*, & secundam Deitatis Personam habeant pro *Creatura*, quem errorem triplici Textu roborare audeant 1) Joh. IV. v. 28. 2) Rom. VIII, 29. 3) Philipp. II, 6. Exinde vero concludere vult, quod, dum citaverint hos biblicos Textus, convinci non potuerint de suis erroribus, & nisi accesserit olim *Ecclesia*; nunc vero in *Zinzendorffianis turbis* accedat *Papa*, rem omnem desperatam esse futuram.

Verum enim vero non tantum attendendum est ad ea, quæ dicuntur, objiciuntur aut proletarie adstructa sunt, sed ad ea potius respiciendum est, quæ per *ipsam suam naturam & essentiam* solida semper sunt, quo abusu etiam abripiantur, & inter fluctuantes, stulta magis quam grata ratione, circumvolvantur. Possunt & *uniones*, potest *argentum* & *aurum* sperni, contemni & in adulteras vices detrahi; ast ea propter ipsa eorundem natura & lapis lydius non variatur, sed si res ad nervum exigenda est, ipsa fraus ac fallacia efficaciter subjugantur; Immo dum in apricum ponitur invincibilis causa, *testes* adesse possunt facinorum, sed *creatores* rigide statui nec debent nec possunt.

§. XIX.

Faciam in hoc DN. REGENTII *Themate* periculum, & clarum id fiet, quod ad convincendos Arianos, ipsa & sola *Scriptura*, ast Romano tamen Papa non indigeamus. Legantur. Joh. XIV, 28. Revelata illa & clarissima verba. *Abeo ad* PATREM, *quia Pater Meus* MAJOR *Me est.* Hoc abutuntur Dicto Ariani, & hodie adhuc Sociniani; Verum, cum tamen super *Verbum DEI*, Rubra illa obtineant egregia:

GOtt selbst Sein heiliges Wort bewacht!
Es währt sich selber, blitzt und kracht!

Tunc videndum nunc est; Num isti hostes *Divinitatis CHRISTI* Intentionem *SPIRITUS Sancti* sint assequuti? Loquitur itaque totum *Caput* de *Passione instante REDEMTORIS*, hæc vero contingere debebat secundum *Humanam NATURAM*, quæ erat revera *Creatura*, & quamvis *CHRISTUS* fuerit *Homo sine exemplo*, fuit tamen *Verus Homo.* Hebr. II. v. 14. An vero tunc *DEUS PATER*, & cum Ipso *DEUS FILIUS* ac *DEUS SPIRITUS Sanctus*, non sunt *Majores & Digniores* præ *Humana Natura*, Quæ in Hypostasin Filii DEI est assumta? Hoc certe *in se & sua natura* verum est, nec quisquam hominum, sua auctoritate constituere id potest, aut sic vel aliter disponere; excluduntur potius cum ipso Papa Romano omnes, & dum concurrunt, non nisi *testimonium* dare possunt.

§. XX.

§. XX.

Aberrarunt itaque ARIANI, & isti, qui cum iisdem unum cornu inflant, volebant etenim, quod *CHRISTUS Una* tantum constet *Natura*, eaque *Humana*; Non attendentes, quod, si Fidem dederant Bibliis in *uno*, & probationis Loco se receperant ad *hocce Dictum*, nunc & vincula acciperent, ut reliquis & revelatis non contrairent; *CHRISTUS* etenim ex *Patribus erat, quantum ad Carnem*, sed quantum ad *Divinam NATURAM*, tunc *erat Benedictus in Secula.* Rom. IX. v. 5. 1. Tim. III, 16. & *PERSONA* τῷ λόγῳ ἀσαρκος & ἔνσαρκος, non in *Una* & *Sola* Humana Natura, sed & in *Divina* terminabatur & sic duabus Naturis absolvebatur. Eaque omnia, dum revelata sunt, *Maximum & Veracissimum AUCTOREM* habent, Divinam suam Virtutem & Efficaciam secum ferunt, nec in quoquam suspenduntur abs auctoritate hominum, sed omnia, quæ habent, exporrigunt & communicant, a solo DEO Ejusdemque Veracitate, Omnipotentia, Sapientia sortiuntur & obtinent. Quid hic *Papa*, quid hic *Ecclesia* de jure facit? Nil aliud, quam ut observent, advigilent, & tutentur *hoece cœleste DEPOSITUM*, quod Ipse DEUS Αυτο & παντοκρατωρ *custodire* vult in diem futuram, ut omnes credentes læta conspiratione exclament: *Scio CUI CREDIDERIM*; (non puta homini sed *Ipsi JESU CHRISO*,) & *persuasus sum, quod Potens sit.* 2. Tim. I, v. 12.

§. XXI.

Eadem ad *Textum Rom. IIX.* 29. recurrunt non adeo, quam omnium solidissime ibidem sunt demonstrata adversus Arianos: Nominatur ibi *JESUS noster PRIMOGENITUS inter fratres, quam numerosos*; Sed mox additur v. 32. quod *DEUS PROPRIO suo Filio non pepercerit.* Quicunque ergo a *PATRE* dicitur Filius. 2. Sam. VII, 14. 1. Chron. XIIX, 13. XXIII. v. 10. XXIX, 6. Matth. III, 17. XVII, 5. Marc. I, 11. IX, 7. Luc. III, v. 22. IX, 35. 2. Petr. I, 17. Quicunque (2) *Semet IPSUM* ita insignivit. Matth. XI. v. 27. Luc. X, 22. & fere in omnibus Capitibus Evangelii Johannis; Quemcunque & (3) *SPIRITUS*

TUS S. per os Prophetarum, Filium Dei insignitum voluit; Quem (4) *ANGELI.* Luc. I, 32. & 35. (5) Prophetæ Ps. II. v. 7. Prov. XXX, 4. (6) *EVANGELISTÆ.* Marc. I, 1. Joh. XX. v. 31. (7) *APOSTOLI.* Matth. XVI, 16. Joh. I, 14. VI. 69. & inprimis *PETRUS* ac *JOANNES* in Epistolis suis. (8) *JOANNES Baptista.* Joh. I, 18. & 34. III, 35. f. (9) *PAULUS* in Epistolis suis. Rom. I. 3. IX. 5. & 10. &c. (10) *Reliqui CREDENTES* Matth. XIV, 33. XXVII, 54. Marc. XV, 39. Joh. I. v. 49. XI, 27. Act. VIII; 37. Quin & (11) *ipse diabolus.* Matth. VIII. 29. Marc. III, 11. V, 7. Luc. IV. v. 41. Filium Dei non diffessus est; Veluti ex *GERHARDO* ratiocinatur *D. PH. J. SPENERUS.* Von der ewigen Gottheit JEsu Christi. Cap. III. §. XXIV. p. 706. ff. Eum *Dei PATRIS* Filium designaverunt, ea propter quia refert Essentiam DEI, hinc & manifestum est satis, quod secundum Divinam suam Naturam dicatur *unigenitus FILIUS a PATRE* Joh. I, 14. & 16. Cap. III, 16. &c. & in hoc jamdum exhibito loco, *Proprius FILIUS DEI*; Nil enim aliud significari poterit emphatica tali denominatione, quam talis Filius, qui *Eandem cum Patre Essentiam* habeat, Confer Joh. X, 28. ff. XIV, 10. Reliqua, quæ ad *Humanam Naturam* spectant, cui etiam tribuitur *Nomen FILII DEI*, apud Theologos pluries sunt inculcata.

§. XXII.

Quando igitur hic *proprius DEI FILIUS*, Qui *proprium habet PATREM.* Joh. V, 18. Conf. Matth. XIV, 33. XVI. 16. XXVII, 54. *DICITUR PRIMOGENITUS inter quam plurimos*, tunc facile conspicitur, quod hic ad *Humanam EJUS Naturam* respiciatur, quemadmodum Coloss. I. v. 18. dicitur πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. Conf. Apoc. I, 5. & 1. Corinth. XV. v. 20. Quia scilicet *VITAM*, propria Virtute, veluti *Resurrectio & Vita*, reassumsit. Joh XI, 25. Rom. I, 4. Jac. II, 19, & quid indigemus hic ulteriori testimonio? Etiamsi nunquam exstitisset aut nondum esset *PAPA Romanus*, omnes tamen, qui legerent Verbum revelatum & crederent eidem, convicti necessario forent, quod puta *CHRISTUS* secundum *Humanam Natu-*

Naturam, sit omnium reliquorum hominum & fratrum suorum *Primogenitus*, i. e. HOMO, omnibus aliis hominibus & & fratibus suis *Excellentior*, præ aliis omnibus Creaturis fruens *augustissima cœlesti Gloria*; Cum enim *enarrabit Nomen Patris sui, fratribus suis & in Medio Congregationis laudabit Ipsum*, tunc etiam *timentes Jehovam laudabunt Illum: omne semen Jacobi honorabunt*; *Et metuent eum omne Semen Israelis.* Ideo quod non *spreverit, neque abominatus est miseriam miseri, neque abscondidit Facies suas ab eo: Sed quando clamavit ad Ipsum, exaudivit.* Ps. XXII. v. 23. ss. Postquam enim *posuit Animam suam in reatum, videbit Semen, Propagabit dies, & Voluntas JEHOVÆ per Manum Ejus prosperabitur.* Esa. LIII, 10. s.

§. XXIII.

Neque tandem in *tertio* Textu, *Arianis* quicquam venit, quo blasphemiam suam palliare potuerunt; Loquitur enim ad Colos. II, 6. Sacer Textus, iterum de *Humana NATURA FILII DEI*, & perhibet, quod hæc *Humana CHRISTI Natura*, in Unione Personali, indivulso vinculo, subsistens, in Statu Unionis suæ nunc perennis, ut Satisfactio Exactissima per λυτρον, Justitiæ Trinunius DEI conforme & adæquatum, Passionem, Mortem, Damnationem ac cruciatus æternos, quorum omnium reus erat peccator, exæquans & plenissime exhauriens, præstaretur, Sanctissimo quodam Arbitrio condescenderit, & irrefragabilem Consensum addiderit, ut illa, in hypostasi λόγῳ subsistens (1) *evacuaretur* uniformi ac universali Exercitio communicatæ Gloriæ ac Majestatis, Omnipræsentia item gloriosa, & ad tempus sic abstineret abs iisdem; ut (2) *SERVI abjectissimi* statum, Conditiones ac Fata, fiducia quidem misere agitata, sed nullibi inique delassata, turbata aut penitus sublata, susciperet, & (3) non modo cum hominibus *assimilaretur*, quoad Mores, Casus, & sortes; Verum & (4) *expiante Obedientia*, ad Mortem usque Crucis, quin ad ultimum Justitiæ Divinæ Rigorem, Unione Personali & Divina τῷ λόγῳ Natura elevata & adjuta, meritorie perduraret, & Satisfactione exactissima compensaret atque exsolveret, quic-

quid omnium Gentium & singulorum hominum, si non interceſſiſſet hæc Mediatio, *irreconciliabilis iniquitas*, coram Juſtitia Trinunius Numinis æternum promeruerat, nec tamen exſolvere unquam potis erat. Ea propter enim non *rapinam* eſſe exiſtimavit, *eſſe æqualia DEO*, ipſi puta communicata Gloriæ Divinæ Attributa, quæ Ipſi Filio DEI *Eſſentialiter* competunt, ſed *ſe Ipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, ita ut in ſimilitudine hominum eſſet, & habitu inveniretur ut homo.* Qvæ quidem omnia, *etiamſi non fuiſſet PAPA*, in ſolis poſita ſunt diſco.

§. XXIV.

Nec aliter comparatum eſt id cum *SECUNDA*, eaque *Sabelliana QVÆSTIONE:* Num *puta, in Una Eſſentia Divina, Tres ſint Perſona?* *Male* enim *Sabelliani* uſi ſunt Textu Joh. X. v. 30. *Ego & Pater Unum ſumus.* Agit enim *de Una Eſſentia Divina*, ſed quando Scripturam ſcrutamur, tunc abundantiſſime invenimus, quod in hac *Una* Eſſentia Divina, ſit DEus *PATER*, DEus *FILIUS*, & DEus *SPIRITUS S. TRINITAS enim in Unitate & UNITAS in Trinitate veneranda eſt, & qui vult ſalvus eſſe, ita de TRINITATE ſentiat.*

Pejori ratione abutuntur Textu 1. Joh. V, 7. Sicuti enim *JOANNES*, jam in *Evangelio* ſuo, adſtruxerat Divinis Argumentis, quod in Myſterio Trinitatis & Una Ipſius Eſſentia *TRES* ſint, *PATER*, *FILIUS* & *SPIRITUS S.* ita Unitas exinde non oritur *confuſiva*; Hæc enim eſt Fides Catholica, *ut UNUM DEum in Trinitate: Et TRINITATEM in Unitate veneremur neque confundentes Perſonas, neque Subſtantiam ſeparantes.*

Peſſime tandem ſe receperunt *Sabelliani* ad Textum Joh. XVII, 22. loquitur enim Chriſtus non *de Unitate Eſſentiali*, ſed monſtrat, quod *eandem Gloriam*, quam dederit Ipſi Pater, *propoſuerit Apoſtolis ſuis*, quo non modo cum Trinuno Deo, ſed & inter ſe invicem, per *fidem Salvicam* eſſent conjunctiſſimi, tam vere ſiquidem, quam vere Ipſe Chriſtus cum Patre ſuo Unum eſſet & JEſum Chriſtum cum Diſcipulis ſuis ſic & perpetuo eſſe conjunctiſſimum, prout Pater cum Ipſo ſit Conjunctiſſimus

simus &c. Hic certe συνάφεια Textus loquitur, & *PAPA* huic Revelatæ Veritati Nil quicquam *addere* vel *demere* poterit.

§. XV.

Quoad *TERTIAM Anabaptisticam QVÆSTIONEM*: Num puta, *infantes sint baptizandi? Dn. REGENTIUS* cum *PAPA* suo nec porro lucrabitur quicquam; *TEXTUS* enim *primus* Matth. XXVIII, agit *de adultis*, ad quos mittebantur Apostoli; de *Infantum* vero Baptismo, instruimur, ex Sacro Codice: Quicunque enim *omnibus ubique præcepit*, ut *Pœnitentiam agant.* Act. XVII, 30. cujus Pœnitentiæ *Pars principalissima FIDES* est, ut hunc in finem cum *senibus Infantes & sugentes ubera sint congregandi.* Joel. II, 13. f.; Ex quorum ore ulterius *fundavit DEUS robur.* Ps. VIII, 3. Matth. XXI. v. 10. ff; Super Quem & *projecti sunt ab utero*, utpote qui *a ventre matris est DEUS eorum.* Ps. XXII, 11. confer LXXI, 6. CXV, 13. 1 Joh. II, 12. ff. Apoc. XIX, 5--18; Qui & præterea *operantem in se, & FIDEM producentem experti sunt DEUM*; confer Luc. I. v. 41. Matth. XVIII, 6. Ephes. III. v. 10. illi utique in N. T. *per lavacrum Aqua in Verbo*, id acceperunt. Ephes. V. v. 26. Tit. III, 5. confer Joh. I, 12. Gal. III, 26. f. atque hac quidem ratione *ipsorum* itidem *est promissio.* Act. II, 38. confer Genes. XVII, 7. & Marc. X, 14. XVI, 16.

Destituit eosdem *Anabaptistas* non minus *TEXTUS* Marc. XVI, 16. Cum etenim ibi *FIDES* præponitur *Baptismo*, tunc denuo respectus est ad *adultos*; quando vero adjicitur simpliciter: *Qui non credit damnatur.* Et vero de Infantibus expressissime perhibitum est, quod *ipsorum sit Regnum DEI.* Marc. X, 14. & *PROMISSIO.* Act. II, 38. ergo non damnantur, & per consequens per Baptismum non adeo *Spiritum Fidei, inclinationem & potentiam ad credendum, suo tempore erupturam in actum*; sed *actu ipso* accipiunt *ipsam Fidem* ac *finem Fidei ipsorum, salutem puta animarum*, obtinent ac obtinuerunt. 1. Petr. I, 9. Hæc omnia denuo tam *clara* sunt, ut *nulla auctoritate Romani PRÆSULIS* indigeant.

§. XXVI.

Sed & deveniendum est nobis ad *QVÆSTIONEM QVARTAM Schwengfeldianam*; Num puta, *S. Scriptura sit Verbum DEI? Schwenckfeldiani* enim statuerunt, & Sectarii ipsorum Fanatici, adhuc hodie statuunt; Quod *Ministerium Verbi, prædicatumque & auditu perceptum Verbum, non sit instrumentum illud, per quod Spiritus S. homines doceat, salutaremque Christi agnitionem largiatur, & conversionem, veram Pœnitentiam, Fidem & novam Obedientiam in ipsis efficiat.* Videantur *LL. SS. p.* 625. & 828. Quando igitur ad tuendum suum *errorem* & pro defendendo *Verbo suo fanatico interno*, se recipere voluerunt ad Textum, Joh. I, 1. ubi legitur: *In Principio erat Verbum & Verbum erat apud DEum, & DEus erat Verbum, & Hoc erat in principio apud Deum*; tunc ad oculum refelli possunt, ex illo ipso *Textu Joanneo*, siquidem ibi agitur non de *VERBO prædicato aut scripto*, sed de *VERBO Hypostatico* & *secunda Deitatis PERSONA*, per *QVAM omnia facta sunt, & sine qua nihil factum est, quod factum est*; v. 3. Coloss. I, 16. s. Illa enim Secunda Deitatis Persona fuit *ab initio.* Vide Joh. II, 14 & fuit *Principium Creaturæ DEI.* Apoc. III. v. 14. Verum *Trinunus DEUS, Verbum* aliud, complexum puta *CREDENDORUM*, & *AGENDORUM*, voluit semper in Ecclesia *prædicatum* & suo tempore *scriptum*; & sicuti dixit, ut *ex tenebris lux luceret*, ita etiam *lucem dedit in cordibus docentium ad Illuminationem Gloriæ DEI, quæ est in Facie JESU CHRISTI*; 2. Cor. IV, 6. ad hoc *VERBUM Revelatum* ablegamur. Esa. VIII, 20. Philip. I, 16. s., hoc ecclesia semper agnovit. Hagg. II, 12. Mal. II, 7. & Joh. XV. v. 15. Act. XVII, 11. & cum hoc ceu *Canone* Veritatis desuper revelatæ, *SPIRITUS* indivulso nexu conjungitur. Esa. LIX, 21. Marc. IV. v. 28. Act. X, 44. Gal. III, 1. s. Tit. III, 5. eadem & est Utriusque Operatio, & in Oeconomia salutis Efficacia, Luc. VIII. v. 10. s. 1. Thess. II, 13. 1. Joh. I, 3. s. Hoc namque Verbum *illuminat.* Luc. XXIV, 44. s. *motus Spirituales excitat.* Luc. XXIV. v. 32. Act. II, 37. 2. Cor. III, v. 3. & *Fidem gignit* atque *salvat.* Joh. IV, 41. Rom. I, 16, 2. Cor. X, 4. Hebr. II, 2, ss. Immo sic

omne

omne *Dei Consilium revelat.* Luc. V, 30. Joh. XVI v. 12. f. Act. XX, 27. Philip. III, 15. f. 2. Tim. III, 17. ut *nova Revelationes* non sint sperandæ Matth. XI, 13. Hebr. I. v. 1. seo averlandæ ac omnino detestandæ. Jerem. XXXI, 34. Matth. XXIV. v. 23. f. Act. XX, 18. f. 2. Cor. XI, 3. 2. Thess. II, 10. f. 2. Tim. III, 1. f. Num. ergo hic indigeamus *Autoritate papali?* id judicabunt omnes, qui sacrum Codicem ex meritis suis æstimare didicerunt.

§. XXVII.

Moram ulterius nectere nobis non valet *QVÆSTIO QVINTA Donatistica*: Num in vera Ecclesia *etiam reperiantur impii?* Damnati enim sunt ea propter *Donatistæ* Artic. VIII. Aug. Conf. p. 12. LL. SS. & p. 150. Adjecti sunt iisdem *Wiclewistæ.* Nil ergo proficiunt, quando causantur ex Cant. IV. v. 7. quod illi demum pertineant ad Ecclesiam, in quibus *non est macula nec ruga.* Confer ad Ephes. Cap. V, 26. ff. Omnia etenim illa bene se habent respectu *Meriti* & *Satisfactionis JESU CHRISTI.* Alias, vero diu professi sumus, quod *ECCLESIA invisibilis* coram DEI acceptata, sit *Congregatio sanctorum, in qua Evangelium recte docetur, & recte administrantur Sacramenta*; VideaturArtic. VII. A. C; Sed & in *Apol. p.* 144. ff. non tantum formavimus *statum Controversiæ*, Verum etiam *Thesin nostram* probavimus (1) ex Ephes. I, 22. (2) ex Ephes. V, 25. f. (3) ex *Symbolo Apostolico.* (4) ex *firmitate solatii nostri.* (5) ex *Catholicismo.* (6) ex *Jure Canonico.* (7) ex *Patribus, HIERONYMO*, cui etiam additur p. 149. *LYRA.* (8) Ex eo, quia Ecclesia *distinguitur a Politia externa.* (9) Quia distinguitur a *regno diaboli.* (10) Quia Ecclesia *Pontificia intelligi non potest &c.* Quid igitur opus hic sit auctoritate Papæ? Id discutiendum quidem sinceriſſimis quibuscunque Arbitris committimus.

§. XXVIII.

Tandem nec in *QVÆSTIONE SEXTA Calviniana* inveniet *Dn. REGENTIUS*, quod exquirere voluit; Dum enim disputatur inter *Nos* & *Calvinianos:* Num *CHRISTUS in Sacra*

Cœna, vel potius: Num *Corpus & Sanguis Christi vere adsint, & distribuantur vescentibus in Cœna Domini?* Id quidem non negandum est, quod utrique contravertentes, ad *Textum* Luc. XXII. v. 19. respexerint, Verum insimul & ad oculum demonstrarunt *Nostrates*, quod scopus Sacræ Cœnæ non solum sit *recordari JEsu Christi*, sed præcipue, ut *Corpus & Sanguis JESU CHRISTI, vere adsint & vescentibus distribuantur in Cœna Domini, conferant* ac & *confirment Gratiam Justificantem & Sanctificantem*; Evicerunt & præterea, quod *præsentia* Calvinianorum *relativa*, sit mere cavillatoria ac contradictoria, quo usque perhibent ac frustra venditant, Corpus & Sanguinem Christi in Sacra Cœna, juxta Naturam suam, non posse præsentia esse, hinc & talem ambiguam præsentiam, neque sufficientem neque salutarem dicere possumus, eo quod finem jam exhibitum adferre non valeat; Immo, vel ea ipsa Veritas, quod Sacramentum hoc *tam dignis, quam indignis vere conferatur*; Præsentiam realem ac verissimam demonstrant, ut ea propter, secundum Scripturam, cum *Calvininis* coire aut conciliari nos posse, Solenniter inficiemur. Manent & hæ nostræ Doctrinæ firmæ, indeque omnium solidissime fundatæ, quia cum *infallibili VERBO DEI* conspirant, eidem adhærent, & immota tenacitate huic divino Canoni adglutinata sunt; quod vero *Zinzendorffiana* cadant & in cassum abeant, id in simul a Nobis hactenus demonstratum credimus.

§ XXIX.

Sed progreditur *DN. REGENTIUS* ad *ANNOTATIONEM secundam*, adversus *CATECHISMUM Zinzendorffianum* & ibi quidem *antiquum* obtinet; Non enim hodie, sed *diu* proh! satis, ut auctoritatem *Ecclesiæ*, seu *Curiæ* suæ *Papalis*, vel Papæ potius ipsius adstruerent, *SCRIPTURAM S.* non modo non voluerunt accipere pro *JUDICE Controversiarum*; Videatur *COLLOQVIUM Ratisb. Sess. I. f.* sed & eo dementiæ progressi sunt, ut nugarentur, ex *SCRIPTURIA S. falsa* non tantum *dogmata*, sed & *vitia* sceleraque probari posse. His nugivendulis igitur venditationibus insistit ferociter Regentius, & ut

& ut destruat firmitatem *Catechismi Zinzendorffiani*, cujus hypotheses falsæ, affatim suspectæ & hæreticæ, Dictis Biblicis incrustaret, *instantiæ* gratia, *SEX QVÆSTIONES* adjicit, quas quidem Dictis Biblicis, fallaciter satis & frivole ac contra omnem Contextum applicatis, eodem ut optinatur modo, roborare aut extorquere valeat.

§. XXX.

Venit ita *QVÆSTIO Prima*:

Num *furari sit MAGNUM peccatum*? Ad quam respondet: Es ist nicht also grosse Sünde, wenn jemand stiehlet, denn er stiehlt, daß er will die hungrige Seele sättigen. *Prov. VI. v.* 30.

Hac occasione commode prius enervandus est *Papæorum ERROR*, qui in *Dogmatibus FIDEI* non *SCRIPTURAM* Ipsam pro *NORMA Fidei* & *Controversiarum de Fide*, agnoscunt, sed ad *Patrum* scripta & *Curiæ Papalis*, immo ipsius *Papæ* Decreta seducunt omnes, ut admodum speciose nuper adhuc *Jesuita* quidam, in dem Licht in Finsterniſſen. Scribere ausus sit. Die Catoliquen haben allein eine sichere unfehlbahre Glaubens-Regel, oder gnugsahme richtige Ursache, steiff zu glauben, nemlich das sichere, recht und wohl ausgelegte Wort GOttes. Ipsi tamen demonstratum est, quod

α) *Papæi* non habeant, si vel una sumuntur, *completum in S. SCRIPTURAM & omnes & singulos ejus Libros, COMMENTARIUM.*

β) *SCRIPTURAM S. spreverint* & *suppressionem* Ejusdem *violentam* procuraverint. Quod

γ) Non ex *LINGUIS AUTHENTICIS* sed ex *Versione Vulgata*, & innumeris vitiis conspurcata *SIXTI V.* quam *CLEMENS VIII.* etiamsi Sixtus fulmen excommunicationis vibraverit super eos, qui postea adhuc aliquid emendarent; in *bis mille mendis* adhuc correxit, ut nihilo minus ex Pontificiis adhuc multi sincerius concedant, quod plures residui adhuc sint nævi in ista Versione, quorsum citra dubium referri debeant errores *INNOCENTII Papæ tertii*, qui Dictum

Genes.

Geneſ. I, 14. ſſ. inde detorſit, acſi *Papa ſit ſuper IMPERATOREM*, & in Loco Deutr. XIX. v. 13. invenire voluit, quod *nemo Laicus Scripturam S. legere debeat*, ut aliorum non meminerim.

§. XXXI.

In his ſingulis ergo ad convictionem usque probavimus

I. Quod neque ipſa *S. SCRIPTURA*, confer loca Deutr. XII, 22. Matth. XXII, 29. Luc. XVI, 29. Joh. V, 39. Act. XVI. v. 22. XVII, 11. Gal. I, 8. 2. Petr. I, 19. 2. Tim. III. v. 15. ſſ. &c. neque *PATRES*, quorum vel milleni a Noſtratibus ſunt adhibiti, quibus & exempla Conſtantini M. & Caroli M. ſuo Jure adnectimus; neque *varii ERRORES PATRUM*, quos itidem varios aperuimus, neque *varia DEPRAVATIONES* adverſus Patrum Scripta id permittant, ut ad Eos, præterquam veluti ad teſtes reſpiciamus; Quum & præterea non *omnes* Patres ſcripſerint, ipſimet etiam in omnibus Doctrinis *inter ſe* non conveniant; Quis ergo his ſuſpectis venditationibus cedere poſſet? Scribant Papæi

II. ſuo lubitu in *Concilio Trident. Seſſ. IV.* Contra eum ſenſum, *quem tenuit & tenet S. Mater Eccleſia, cujus eſt JUDICARE DE VERO SENSU ET INTERPRETATIONE SCRIPTURARUM SS. aut etiam contra unaninem Conſenſum Patrum, nemo ipſam Scripturam S. interpretari debet.* Nos adverſus iſta fulmina non tantum *Sacer CODEX ipſe*, ejusque *emphatica Dicta*: Pſ. CXIX, 105. Eſa. VIII, 20. Matth. VII. v. 5. Luc. XVI. v. 29. 2. Petr. I, 10. confer Deutr. XII, 33. Ezech. XX, 11. &c. eo ducunt, ut ad *ipſam SCRIPTURAM unice* ac *excluſive* nos recipiamus, & in *ibidem revelata* Divina Veritate adverſus errores quoscunque, integra Fide ſubſiſtamus; Sed & Patres ipſi id non diffiteri potuerunt; Qui potius pleno ſuffragio Authenticam Scripturæ Autoritatem adfirmare nobiſcum conſueti ſunt, quousque in ſana Fide ſincerius ac integra methodo ſubſtiterunt.

§. XXXII.

Arceant

III. ſic dictos laicos a lectione Scripturarum Papæi; Nobis

bis tamen omnibus ac singulis non *permissum*, sed *fervide injunctum* esse, novimus, ut legamus & scrutemur Scripturas. Joh. V, 39. Act. VIII, 28. XVII, 11. Rom. I, 7. 1. Cor. I, 2. Gal. I, 2. Coloss. III, 26. 1. Thess. V, 27. 2. Tim. III, 16. 1. Petr. I, 1. 1. Joh. II, 3. &c. Quod & Patres confessi ac testati sunt pluries. Traditiones tandem

IV. quæ *sine Scripto propagatæ, Ipsius Christi Ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritu S. dictitante, quasi per manus traditæ ad nos usque pervenerunt*; de quibus plura habet *Conc. Trid. Sess. IV.* Nosnon novimus. Ex Dictis enim Deutr. IV, 2. XII, 32. Prov. XXX, 5. s. Matth. XVI, 6. Marc. VII, 8. 1. Cor. IV, 6. Gal. I, 13. Coloss. II, 8. 2. Thess. II, 3. 1. Petr. I, 19. Apoc. XXII. v. 18. abunde confirmamur, quod ad Verbum *non Scriptum* Papæorum respicere nec jubeamur nec valeamus.

§. XXXIII.

Dicant nunc

V. vel garriant potius, quod S. SCRIPTURA *bene & male explicari possit*; Nam si exinde concludere quis vellet, quod Scriptura S. non sit *Norma Fidei*; Tunc facilis nobis subnasceretur occasio decidendi, Quod Papa *non possit esse Papa*! Non possit esse *Judex Controversiarum*! quia *conceptus de eodem possunt esse boni & mali*; quoad rem ipsam vero illa SCRIPTA, quæ *Divinitus inspirata, qua ad Doctrinam ad Redargutionem, ad Correctionem & ad Disciplinam, qua fit in Justitia, ut integer sit homo DEI, ad omne Opus Bonum probe instructus*, utilia sunt, 2. Tim. III, 16. 17. abs iis certe, eo quod sunt Divina Veritas, *auditum avertere non possumus, ut ad Fabulas convertamur.* 2. Tim. IV, 4. Quod vero

VI. de *Papa e Cathedra* PETRI *docente*, infallibilitatem suspenderint, id nos non feriet, donec *domesticos* suos, expresse differentes; *Papam errare posse*, & *reformantes decisa Papæ*, convicerint: Blaspheme siquidem *aliqui Jesuitarum* venditarunt, quod *præcipiente Papa, ut* CHRISTUS *abnegaretur, obligati sint omnes, ut contumeliam hanc inurant* EIDEM; *quod quidem non foret peccatum.* Nobis certiora manent Oracula Divina,

DEUS namque *non prophanat Fœdus ſuum, & Pronunciatum labiorum Suorum non mutat.* Dum & CHRISTUS Joh. XII, 47. ſ. dicere potuit: *Si quis mea audiverit Verba, non tamen crediderit: Ego non judico ipſum: Non enim veni, ut judicem mundum; Sed ut ſalvem mundum; qui ſpernit ME, & non accipit Verba Mea, habet, qui judicet ipſum, Verbum, quod loquutus ſum, illud judicabit illum in extremo Die.* Quid igitur indigemus Papa, quousque habemus SPIRITUM S. Qui *nos ducit in omnem Veritatem*, Joh. XVI, 13. conf v. 8. ſ. Proinde non dicendum eſt nobis: *Viſum eſt Papæ!* ſed rectius *Viſum eſt* SPIRITUI S. *& nobis*, ceu teſtibus puta, & obſequioſiſſimis auditoribus. Act. XV. v. 28. Simulac ergo aliquis *diverſam docet doctrinam, nec accedit Sermonibus Domini noſtri* JESU CHRISTI, *& ei, quæ ſecundam Pietatem eſt, Doctrinæ, is inflatus eſt, nihil ſciens, ſed inſaniens circa quæſtiones ac pugnas de verbis, ex quibus invidia. &c.* 1. Tim. VI. v. 3. 4. Quatenus ergo convincitur aliquis de quoquam, etiamſi is fuerit vel rudis idiota, quod Scripturam S. recte interpretatus ſit, & ad Quæſtiones dubias rite eandem applicaverit, rationes, quæ ad affirmandum aut negandum valent, probe ponderaverit, & ſumma circumſpectione Senſum Spiritus S. eruerit, ac quaſi ex Ore Ipſius deſumſerit; eatenus illi Fidem tuto adhibere ac tribuere unusquisque poteſt & debet.

§. XXXV.

Nunc ad *ludicras* Reſponſiones REGENTII, breviori etiam modo convertimur. Et ut cuilibet appareat, quomodo adhuc inter *Papæos*, etiamſi in *Germanica* noſtra lingua, *Vulgatam* ſuam Verſionem, ſecundum DIETENBERGERUM & ULENBERGIUM ſæpius exhibuerint, quam & *poſteriorem*, nitidiori ſtylo inſtruere juſſit Elector Moguntinus Johannes Philippus a Schönborn, ut non modo Anno MDCLVI. ſecunda vice, ſed & poſtea pluries typis exprimeretur; cui denuo in nitida illa Verſione, quæ Anno MDCCV. Moguntii, curante LOTHARIO FRANCISCO, *Electore*, prodiit, multum additur, omnes ferme in eo ſint, ut nihilominus *naſum cereum* ex S. Codice ſiſtere omni

omni modo allaboraverint; Tunc illud adversus DN. REGENTIUM manifeste satis demonstrabitur. Nam

I. qvidem *Vulgatam* Versionem magis exacte sequitur, siquidem illa habet: *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit, furatur enim, ut esurientem impleat animam.* Ubi etenim in Versione emendata Schönborneriana translatio Germanica fuerat: Es ist die Sünde so groß nicht, wenn einer stiehlet, die hungrige Seele zu ersättigen, cui nova Moguntina addiderat: Es ist die Sünde so groß nicht, weñ einer stielet, denn er stielet die hungrige Seele zu sättigen, ibi hanc posteriorem sequitur, vertens: Es ist nicht also grosse Sünde, wann jemand stielet, denn er stielet, daß er wil die hungrige Seele ersättigen; Niholominus tamen facile patet, quod nec *Vulgatam* Versionem, nec *Germanicas* adhibitas, *exacte* sequutus sit.

§. XXXVI.

Accedit adhuc

II. quod *nulla* harum Versionum, *Textum Authenticum* sit assequuta, qui potius hoc ordine & tenore fluit: *Non spernunt furem, si furatus fuerit* (furatus enim est) *ut impleat animam suam, cum esurierit.* Atque sic in *comparatione* cum adulterio, sistitur peccatum *minus*, furtum puta, & declaratur Conditio, quod si quis *fame mordacissima* adigatur, ad subtrahendos clam alteri cibos, indeque vitæ suæ parandum sustentaculum; is sane, licet *in se committat peccatum haud excusandum*, attamen propterea non tanta statim afficiatur *ignominia*, quæ, si resipiscat, elui prorsus non possit; Immo vero æqui bonique quilibet, potius erga *miseriam* hujusce hominis commiseratione tangantur, ita ut maleficium *æquanimiter* ferant hominemque delinquentem facile posthac recipiant in gratiam. Videatur GEIRUS ad *l. c.* Hinc igitur

III. in hocce Dicto non est *affirmativa* quæpiam & furti patrandi vel patrati concessio, sed comparative potius declaratur etiam tale furtum pro *vero peccato*, nec quicquam a-

liud monstratur, quam, quod comparative, fur talis habeat *aliquam* excusationem deliquii sui, & cum eodem facilius æquanimes omnes concilientur, quam cum adulterio; Proindeque SALAZAR ad *h. l.* optime commentatur: *Utrumque, furtum nempe & adulterium, injustitiæ crimen, utrumque secreto admittitur, utrumque tenebras captat: Si vero publicentur, utrumque dedecus & pœnas fert.*

§. XXXVII.

Succedit QVÆSTIO *secunda:*

Num DEUS *sit Auctor peccati?* Ad quam respondet REGENTIUS: Ich will sein Hertz des Königes Pharao verhärten, daß er das Volck nicht lasse. Exod IV, 21. Sed & hac occasione monendum nobis est, quod

I. blasphema illa venditatio, DEUM scilicet esse *Prædeterminatorem etiam mali*, adeoque *Auctorem peccati*; multis Papæis non displicuerit, minimum ex eorum Sententia, qui absolutam Reprobationem admittunt, necessario consequatur. Nec tamen

II. ex loco Exod. IV. 21. id demonstrari potest; Ibi etenim injungitur MOSI, ut videat & consideret omnia signa, quæ posuerat DEUS in manu ipsius, ut puta eadem strictius & sine omni variatione aut intermissione, faciat coram Pharaone, eoque ipso monetur, ne quicquam eorum negligat, quod DEUS patrandum coram oculis Pharaonis imperaverit; Tunc vero adversus *recalcitrantem Regem*, delaratur, quod DEus nequidem tot miraculis & portentis, duritiem ipsius sit correcturus, ut potius contingenter propter malitiam hujus Despotæ, eventurum id sit, ut in *resistentia malitiosa*, sua culpa suoque damno, permaneat; Vera igitur Paraphrasis hæc foret: EGO, Qui tot Miraculis, Portentis & Signis torvam mentem hujus malitiosi Regis emollire, & in melius vertere adlaborabo, nihil effecturus sum. Cum *viderit* etenim, *quod facta sit respiratio, aggravabit Cor suum, nec audiet vos.* Exod. VIII. v. 15. Et Quamvis ipse confiteatur, quod *Ego sim Justus, & Ipse ac populus ejus sint impii.* Exod. IX. 21. nihilominus

nus se perpetim,& rursus oppositurus est,Mandatisque ac Voluntati Meæ non cedet. Qua via ergo DN. REGENTIUS probabit ex his singulis, quod DEus sit Auctor peccati?

§. XXXVIII.

Adducitur QVÆSTIO *tertia*:

Num EBRIOSITAS *sit permissa*? Ad quam respondet REGENTIUS: Esset ihr Freunde und trincket, und werdet truncken ihr Allerliebsten, Cantic: V, 1.

Sed & hic correctione opus est; Cum enim *Versionem vulgatam* sequitur, tunc tamen noviſſe oportebat ipsum, quod in authentica Lingua, Verbum שכר, inebriationem *turpem* multis in locis, non significet, confer Ps. XXXVI, 9. Prov. V, 19. XI, 25. Jerem. XXXI, 14; Quamvis & ludens hæc tentaverit, meminisse tamen potuisset calumniæ *Lipmannianæ*, quando Nizzachon p. 124. blateravit: *Ecce! hæc est consuetudo illorum Christianorum, ut unicam arripiant Literam, non considerantes, quæ antecedunt, aut quæ sequuntur.* Quale quid tamen Nobis, qui sinceriſſime A. C. adhæremus eandemque tutamur, neque Judæi neque Papistæ imputabunt.

§. XXXIX.

Nec dimitti potest QVÆSTIO *quarta*:

Num *melius sit, impium esse, num vero bonum?*

Ad quam respondet: REGENTIUS, Besser ist die Gottloſigkeit eines Mannes, als ein Weib, das guth thut. Eccles. XLII, 14. Nobis enim

I. TOBIAS ac JUDITH, SAPIENTIA & ECCLESIASTICUS, *duoq*; MACCHABÆORUM *Libri*, quid etiam decreverit *Sess. IV. Conc. Tridentini*, APOCRYPHI sunt; Nec metuimus ea propter fulmen Congregationis istius, quando addiderunt; *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, in Veteri vulgata latina Editione habentur, pro sacris & Canonicis non susceperit, & Traditiones prædictas sciens & prudens contemserit*, ANETHEMA sit. Quousque enim

II. in *Apocryphis* non invenimus LINGUAM *consuetam*,

neque AUTHENTIAM SPIRITUS S. neque TESTIMONIUM *veræ Ecclesiæ*, eosdemque *erroribus* scatere deprehendimus, eousque & Fidem ipsis habere non possumus. Et quamvis

III. in MORALIBUS rationem habere possimus eorundem, dum puta, a *Revelato* CODICE non discordant, ultra tamen eosdem venerari aut amplexari, neque DN. REGENTIO cedere possumus, quoad *hocce Dictum*; In *comparativa* enim Propositione *utrumque* facinus revera malum deprehendimus; Quamvis enim cum JOSEPHO non invenerimus hic *Divinam Legem*, qui lubentius pateremur, *interpolationem* quandam hic obtinuisse, conferatur die Weißheit Jesu Syrachs aus dem Grund-Text auffs neue übersetzet, durch einige Liebhaber der Heil. Schrifft. *p.* 310. Satis tamen id est, quod adgravatum exhibeatur & majus hic peccatum in muliere, cum quo, si conferatur *malitia Viri*, ceu minus quid eadem æstimanda sit.

§. XL.

Properat REGENTIUS ad QVÆSTIONEM Vtam: Num *permissum sit exercere usuram*? Et Respondet: So hättest du ja mein Geld den Wechslern überantworten sollen, und ich hätte zwar, wann ich kommen wäre, dasselbe was mein ist, mit Gewinn wieder zu mir genommen. Matth. XXV. v. 27. Sed copiose hic *dolos* ac *fraudes Papæorum* detexit FILIUS *Noster* H. J. P. WEIDNERUS *J. U. Ddus.* in *Dissert. sua Inaug.* de *Pravitate Usurarum* §. *XIX. s.* ac speciali Dissertatione, quam ceu Præses defendit; *De eo, quod justum circa Usuras.* Copiosius egit de singulis, ut illa quidem ratione nil habeamus repetendum; modo ut in Compendio id dixerimus, quod sic dictæ USURÆ *compensativæ* ac *moderatæ* inter Nos tolerentur, *lucratoriæ* & *immoderatæ* vero omnibus modis repudiandæ habeantur; Quemadmodum & USURAS *mordentes* exitiumque proximo contrahentes, Sacerrimi Codicis Textus Lev. XXV, 36. ff. Deutr. XXIII, 19. Ezech. XVIII, 5. 8. ff. XXII. v. 11. Ps. XV, 1. 5. Prov. XVIII, 8. tanquam eliminandas, immo

mo puniendas exhibuerunt, ita, quod juſte ac honeſte, ſecundum leges J. N. & poſitivas, quoad Uſuras nunc adhuc contingit, vel ex ipſis Biblicis confirmatum vidimus, quorſum & *Locus præſens* omnino referri debet, confer *generatim.* 2. Cor. VIII, 13. XII, 14. 1. Tim. V, 8. & quæ *ſpecialiter* aut objecta, aut refutata ſunt, in ſuperioribus Diſſertationibus abunde legi poterunt Conf. DN. C. H. ZEIBICHII *Schediasma hiſtorico-Theologicum. de* THEOLOGIS *ad Tempus commodatis* §. XXXII, p. 71. ſſ.

§. XLI.

Sed & tandem adjicitur QVÆSTIO Vlta Num: *Unus ſit DEUS*; Num vero *plures ſint dii?* Ubi reſpondet REGENTIUS. Ich habe geſagt, ihr ſeyd Götter. *Pſ. LXXXVII*, 6. Non volo prolixius repetere horridum iſtud Idololatriæ ſpecimen, quo PAPAM venditare DEUM & VICE DEUM non erubuerunt multi adulatores Curiæ Papalis; Interea tamen Locus male citatus & ſecundum ordinem Codicum Noſtrorum. Pſ. LXXXII. 6. reperiundus, reſpicit ad publicam Magiſtratuum Inaugurationem, Auctoritatisqve datæ confirmationem. Vide Exod. XXII, 28. conf. Joh. X, 35. Dum vero gloriabantur iſti tales de Dignitate divinitus data, usque adeo, ut *omnes proinde correctiones* aſpernarentur, tanquam *Criminis læſæ Majeſtatis* reas, hinc digitum intendit ad Judicia Divina, & mortis præmaturæ imminentis; Videantur prolixius GEIERUS ad l. c. & plures alii *Commentatores.*

§. XLII.

Nunc apparet equidem ſatis, quod *ludens*, hæc hactenus protulerit DN. REGENTIUS, expreſſe enim ſubjicit ſequentia verba: Was halten nun die Neulinge von dieſen und mehren Beweißthümern? Sind ſie nicht ſo wohl, als die in ihren *Catechismo* obhandene, aus der Schrifft gezogen? & ſtatim in *primordiis tertiæ* ANNOTATIONIS ſubmittit: Daferne etwa die Zinzendorffianer ſagen: Man müſte Text durch Text erklären, allermaaſſen das übrige, auch die Folgereyen nicht das Wort GOttes, ſolgends menſchlicher Zuſatz und Griffe der falſch-

falsch-berühmten Kunst wären ꝛc. Nihilominus tamen & monita nostra patienter feret, si ad hunc usque diem querulari nobis convenit, quod non modo *Papæi* hactenus sic luserint, sed adhuc hodie ita ludant, blasphema ista venditatione, quod puta *Sacer CODEX* non sit *JUDEX Controversiarum*; quod sit *nasus cereus*, sine difficultate, in *utamque partem dirigibilis*, cui Fidem *tuto tribuere non possimus*. Non enim tantum LUTHERUS, CHEMNIZIUS, GERHARDUS, GLASSIUS, PFEIFFERUS, & alii Pontificiorum has diras satis aberrationes detexerunt, sed & nuper adhuc D. CHLADENIUS. in *INSTITUTIONIBUS Exegeticis*. Et, si vestigia ipsius tersius legisset DN. M. J. J. RAMBACHIUS, in nitidis, sed & sparsim multis strictu ris ac censuris, examinandis *Institutionibus HERMENENTICÆ sacræ*, multis circumstantiis, ut de D. BUDDEO, nil meminerim, aperuerunt, quam gravites deliquerint *Pontificii*, in *SRIPTURA S.* male ex & applicata, interpolata, variata & abs omni sua Divina Auctoritate ferme deturbata. Nobis id autem satis est, quod cum IRENÆO decidamus: *Ostemsiones, qua sunt in Scripturis, non possunt ostendi nisi ex Scripturis.*

§. XLIII.

Sed serio ac sincerius adversus *Zinzendorffianos* acturus DN. REGENTIUS, nunc ad *ANNOTATIONEM tertiam* se se accingit, & cum in *CATECHISMO isto*, *hypothesis* reperiatur: Man sol nicht schweren. Matth. V, 34. Huic *Antethesin* opponit ex Deutr. VI, 16. & Apoc. X, 6, adjiciens epiphonema Falsch, ohne Noth, ohne Befehl schwören, ist unerlaubt. Et hæc quidem recte sese habent; Siquidem, si CHRISTUS Θεάνθρωπος *Ipse* juravit. Dan. XII, 6. s. & Apoc. X, 5. ss., id quod factum est nostri causa Hebr. VI, 13. 17. quem in finem & conferri possunt loca Genes. XXII. 16. Esa. XLV, 23. Rom. XIV, 11. Philipp. II, 10.; Si ipse monstravit *ritum* jurandi, *attollens* puta *Manus*, confer Dan. XII, 7. & Exod. VI, 8. Num. XIV, 30. XXXII, 40. Ezech. XX, 5. s. 15. 24. 29. XXXVI, 7. &c. quem & ritum imi-

imitatus est *Abrahamus*. Genes. XIV. v. 22. s. Si porro DN. MESSIAS advocavit & in testimonium, subsidium, ac, si pejerare potuisset, in pœnam, vindicantia Judicia Divina sibi adscivit; Si Pantocrator ulterius DEUS, *Qui per nullum habebat majorem jurare, juravit per se Ipsum*, Genes. XXII, 16. Exod. XXII, 13, Esa XLV, 23. Jerem. XXII. v. 5. XLIX, 13. confer Ps. LXXXIX, 36. Esa. LXII. v. 8. Jerem. XLIV. v. 26. LI, 14. Amos. IV, 2. VI, 8; Si & tandem, quod ad nos attinet, Juramentum est hominibus *omnis controversia finis*. Hebr. VI, 16. & expresse injunctum. Deutr. VI, 13, ut JEHOVAM DEUM *nostrum timeamus, Illi serviamus, ac* IN NOMINE EJUS JUREMUS; Confer Deutr. X, 20, ut *quicunque juraverit in terra jurare debeat in* DEO VERACI, Esa. LXV, 16, ut & *Benedictio* adjecta sit. Jerem. XII, 16. Quid igitur obesset iisdem, qui reverentur Majestatem Divinam, ut per DEum, dato casu, & exigente id *Magistratus præcipue mandato*, jurent; conf. Jud. VIII, 19. 1. Reg. II, 24. ad Ejus provocent *Testimonium*; Jerem. XLII, 5. 2. Cor. I. v. 23. malum sibimet ipsis *imprecentur*, si a vero vel tantillum Jusjurandum deflexerit, confer 1. Sam. VII, 17? Certe neque *idola* 1. Cor. IV. v. 8. neque *homines* 1. Sam. XVI, 17. neque *dæmones*, confer Joh. VIII. v. 44, sed Omnipotens DEus tunc *invocatur*, Cujus *Solium est in Cœlis, Cujus Oculi vident, Cujus palpebræ probant filios hominum* Ps. XI, 4. conf. Ps. II. v. 5. Ps. XXXIII. v. 13. CXIII, 4. CXXIII, 1. Rom. I, 8. Inde siquidem Juramenti *necessarii* commoda veniunt, Exod. XX, 7. Ps. XV. 4. Jerem. XII, v. 16. Jacob. V, 12. delienata; Paucis: cum Juramentum sit *Cultus Religiosus*, in eodem DEUS ut *Testis* Veritatis, vel *Ultor* perjurii invocatur; In certius Testimonium *manus Cœlum versus aut super pectus* a jurantibus elevatur; nec in aliarum quam *gravissimarum rerum* confirmationem, juramentum deponitur, & cum *magno commodo*, si verum fuerit, est conjunctum; Cum *pari damno* vero connexum, si fuerit fucatum; tunc *fanaticorum* nugas facile refellere possumus.

§. XLIV.

Progreditur DN. REGENTIUS ad HYPOTHESIN *Secundam* CATECHISMI *Zinzendorffiani*, quæ hujus est tenoris: Die Christen sollen sich kein Gewissen machen, über bestimmte Sonn- und Feyer-Tage. *ad Coloss. II, v. 16.* Es sey sothane Einführung eine menschliche Ordnung. *1. Petr. II, 13.* Huic ut suam ANTITHESIN opponat, provocat

α) ad Dictum *Act. XV. 22* Ubi tamen, non quod PAULUS *præceperit*, sed id quidem legitur, quod placuerit *Apostolis & Senioribus*, qui PETRI & JACOBI sententiam cum *tota Ecclesia* comprobaverant, ut *Legati* cum *publicis literis* mitterentur Antiochiam, ne scilicet PAULI & BARNABÆ Fides suspecta esset apud eos, qui dissidii illius fuerant auctores, Legatisque illis adjungerentur JUDAS & SILAS; Ne & adversarii *calumniarentur*, Silam & Judam fraude a Paulo persvasos esse, hinc *Literis publicis* eosdem instructos voluerint, quæ copiosus etiam ibidem sunt annexæ. Ut & scirent, Apostolos, Seniores, ac totam Ecclesiam, nihil hic de *de suo* attuliſſe, hinc expresse v. 28. subjiciunt: *Visum est* SPIRITUI S. ac *nobis*. Non, quod vel *parem* cum ILLO sibi esse auctoritatem, vel *seorsim* sibi fidem haberi velint, etiamsi decernant aliquid a SPIRITUS S. *Sententia diversum*: Sed hac locutione, se potius SPIRITUS S. *Ministros* esse ostendunt, Quo DUCE & PRÆSIDE hæc decreverint. Confer Exod. XIV. v. 31. Et cum notum sit, quod *Pontificii* hoc Apostolorum exemplo, infinitam suam licentiam atque tyrannidem tueri, atrocius conentur, tunc diu satis *Nostrates* in contrarium docuerunt, quod EPISCOPI *non habeant Potestatem, statuendi aliquid contra Evangelium, & quod contra Scripturam sit, Traditiones condere aut exigere, ut per eam observationem satisfaciamus pro peccatis, aut mereamur Gratiam & Justitiam*: Emphatice enim addiderunt: *Laditur enim* GLORIA MERITI CHRISTI, *cum talibus observationibus conamur mereri Justificationem.* LL. SS. p. 40. Et p. 293. candide non minus concludunt: *Itaque nullum habent Jus EPISCOPI, condendi Traditiones extra Evangelium, ut mere-*

mereantur Remissionem peccatorum, ut sint Cultus, quos approbet DEUS tanquam Justitiam, & qui gravent Conscientias, ita ut peccatum sit, eos omittere.

§. XLV.

Urget itidem DN. REGENTIUS

β) Locum Rom. XIII, 2. & v. 5. Atque hac quidem ratione, *confundere* voluit ipsum DIEM *Dominicum* cum FESTIS *reliquis*; Sed hinc etiam necessarium ducimus, ut *generatim* cum LUTHERO profiteamur: *De Ritibus Ecclesiasticis docent, quod Ritus illi servandi sint, qui sine peccato servari possunt, & prosunt ad tranquillitatem & bonum ordinem in Ecclesia, sicut certæ FERIÆ, FESTA & similia.* LL. SS. p. 13. in quibus singulis nec Juri *Ecclesiæ* nec *Magistratus* aliquid derogatur. Sed statim tamen contra *Papæos* simul ac *Fanaticos* id observandum est, quod DIES *Dominicus* non referri possit ad arbitraria instituta aut Magistratus aut Ecclesiæ; Recte enim LUTHERUS ad Quæstionem. Quid ergo est *Sabbatum sanctum habere*? Respondet p. 425. LL. SS. Nihil aliud, *quam sanctis verbis, operibus & vita vacare. Siquidem hic dies pro se non opus habet sanctificatione, JAM ENIM INDE AB INITIO CREATIONIS A SUO Conditore Sanctificatus est*; Quibus quidem Verbis eximie probavit, quod *SABBATUM*, cui successit *DIES Dominicus*, non dependeat abs auctoritate humana. Conferatur extensius *D. J. D. SCHWERDTNERI. Vindiciæ Moralitatis Diei Dominicæ.*

§. XLVI.

Deinde etiam

γ) contra *Libertinos* & *Fanaticos*, nunc demonstrare debuisset, quodmodo scilicet ex illo Loco ad Coloss. II, 16. *probare non possent*, quod probare intenderint; *APOSTOLI* etenim evidentissimus nexus hanc Consequentiam format: *Quicquid est ac fuit Umbra CHRISTI futuri, in eo nemo vos judicet*; Quodsi enim adhuc servarentur umbræ, tunc id omnino fieret *in opprobrium CHRISTI* & cum contemptu Mortis ac Meriti Christi; Erat verò *SABBATUM Primum* memo-

riale *Creationis*, aut si recentioribus quibusdam Commentatoribus cedere volumus, qui Sabbatum post *Reconciliationem* humani Generis, constitutum ac introductum esse, non frustra defendunt; tunc erat potius memoriale hujus *Reconciliationis*, olim in monte Golgatha consummandæ; Dici præterea quidem potest Sabbatum *Mosaicum*, fuisse Memoriale *transitus ex Ægypto*, oneribus & typis oppletum Sed vero hæc omnia ac singula, finem itidem obtinuerunt in *Redemtione* peracta, Quod vero ad *Cultum externum* attinet, tunc loco Sabbati substituitus est *DIES Dominicus*; *CHRISTUS* enim ceu *DOMINUS* Sabbati, *hunc Diem*, in quo resurrexit, & Statum Gloriæ inchoavit, in Novo Testamento sanctum voluit, & ut Apostoli idem observarent, iisdem injunxit. Confer Act. XX, 7. 1. Cor. VI. v. 2, Apoc. I, 10. Confer Ezech. XLIII, 26 ff; Ergo non venit abs auctoritate Magistratus vel Ecclesiæ, sed abs Auctoritate Ipsius Christi & Sanctissima Ejus Revelatione & Institutione; Propterea etiam nemo se subtrahere potest huic Cultui externo, quem desuper in Die Dominico celebrandum, tot nobilia Argumenta suadent.

§. XLVII.

Hinc & recte *DN. LUTHERUS. T. V. Jenensi fol.* 191. *b.* quando oneroso Cultui Levitico Sabbatico, opposuit Cultum N. T. in Die Dominico tam facile tam commode feriandum, acrius ita concludit: Darum must du gar ein verzweiffelter Schelm seyn, weil du GOTT solchen Dienst und grosse Ehre thun kanst, und dich weder Kosten noch Mühe gestehet, sondern mit willigen Zuhören, oder mit leiblichen Empfahen, und mit danckbaren Hertzen alles kanst ausrichten, und wilt doch deinem GOtt dasselbe nicht erzeigen, so du doch solltest gerne an der Welt Ende lauffen, wo du wüstest einen solchen Hauffen zu finden, da man GOtt lobet und ehret, und also der heiligen Gesellschafft dich theilhafftig machen. Wie bist du vorhin gelauffen zu der Heiligen Gräber ꝛc. und hier ist in deiner Stadt oder Dorff für deiner Thür, Christus selbst gegenwärtig mit Leib und Blut ꝛc. und du magst hinzu gehen, und auch helffen dancken und loben, du bist gewiß, nicht

nicht ein Christ, auch nicht ein Mensch, sondern ein Teuffel, oder Teuffels-Gesinde. Es wäre unrecht, daß solchen Verächtern und verleuchneten Christen anderst gienge, denn daß sie zur Straffe ihrer schändlichen Undanckbarkeit, durch den Teuffel besessen, betrogen und verführet wurden, damit sie nimmermehr nicht vom Sacrament höreten noch lerneten, sondern solten Papisten oder Schwermer zu Lehrern haben. Conferatur amplius Dn. J. E. Schulenburg. Im Schrifft-mäßigen Unterricht vom rechten Gebrauch und Fanatischen Mißbrauch der Christlichen Freyheit in äusserlichen Kirchen-Ceremonien und Ordnungen. Cap. V. p. 142. ff.

§. XLIIX.

Eodem modo & tandem

δ) Docere debuisset *DN. REGENTIUS*, quod 1. Petr. II, 13. non satis solide ad *Magistratum* respexerint *Zinzendorfiani* quem potius eo ipso, ut semper faciunt alibi, opprobrio exposuerint; Quemadmodum enim ex Rom. XIII, 1. recte dicitur Magistratus Potestas *supereminens*, quæ *non sit nisi a DEO* & additur statim, quod sit *Potestas a DEO ordinata*, quod sit *DEI Minister*. v. 3: ita quidem communiter *plures Commentatores* locum hunc exposuerunt de *Magistratu*, qui & commode in humanum Usum constitutus Ordo, dici posset; Nihilominus non ita pridem sic dictus *Theophilus ALETHÆUS*, vero Nomine. *M. Laurentius MULLERUS*, probare molitus est, daß in diesen Worten, von der weltlichen Obrigkeit nicht gehandelt sey, sondern erst in denen Nachfolgenden und es stecke nur in diesen Worte ein Geboth, daß man überhaupt alle Menschen, jeden nach seiner Arth, gebührender Maassen ehren, und ihnen unterthan, oder zu Dienste seyn solle: Unter dieser allgemeinen Regel werde hernach insonderheit dieses begriffen, daß man sowohl höher als niedriger Obrigkeit unterthan seyn solle. Vide die gründliche Erleuterung der dunckelen Oerter. *P. I. p.* 164. f. Sed forte abstinuit abs illa Causa *DN. REGENTIUS*, quia *Papæ* Magistratum revera multo odio persequuntur, & si possent, magis nocerent eidem, quam ut ad promovendam ipsius auctoritatem aliquid conferrent; Ne tamen quid boni, quod adduxerat, negligamus, ferre possu-

mus paraphrasin ejus: Der Jüdische Sabbath und Feyer-Tage, als Neumonden, oder abergläubische Haltung eines Theils des Tages verwirffet Paulus. Gal. IV, 10. als Coloss. am II, v. 16.

§. XLIX.

Sed venit *DN. REGENTIUS* ad *HYPOTHESIN tertiam CATHECHISMI Zinzendorffiani*, quæ est hujus tenoris, Es sollen sich die Prediger nicht groß machen, weder Meister nennen lassen. *Joh. VIII*, 54. *Matth. XXIII*, 10. Huic itidem suam *ANTITHESIN* opponit: Atque

a) ex Joh. XV, 15. Ich will forthin nicht sagen, daß ihr Knechte seyd, denn ein Knecht weiß nicht, was sein Herr thut. Aber euch habe ich Freunde genannt. Probare conatur, quod sint diversi gradus, & quod hac ratione Ipse Christus distinctionem inter *servos* & *amicos* faciens, gradus etiam eo ipso adstruere voluerit. Verum sicuti *DN. REGENTIUS* non negabit, quod *APOSTOLIS* non modo nomen *SERVI*, vide Matth. XXII, 3. ff. XXIV, 45. ff. XXV, 14. ff. &c. Act. XVI, 17. Rom. I, 1. Gal. I, 10. Ephes. VI, 6. Coloss. IV. v. 12. Tit. I. v. 1. 2. Petr. I, 1. Hebr. III, 5. Jacob I. 1. Judæ v. 1. Apoc. I, 1. &c. confer 2. Cor. IV, 5. ubi Apostolus suos *cooperarios*, *servos* Corinthiorum vocat per JESUM, adde Coloss. IV, 7. Apoc. XIX. v. 10. XXII, 9; sed & nomen *AMICORUM* sit tributum; vide Joh. III, 29. XI, 11. XV, 14. Jacob. II, 13. confer Matth. XXII. v. 12. XXVI. 50. Itaid tamen adhuc discussionem meretur: Num eo ipso *GRADUUM*, quos impugnant *Fanatici*, disparitas defendi possit? Et hoc quidem est, de quo vel nos metipsi graviter dubitamus; Nil quicquam etenim ex Oppositione *servi* ac *amici* persuademur erui posse, quam quod *APOSTOLI* non sint *meri* & *nudi servi*, sed etiam simul *AMICI CHRISTI*, h. e. tales, *qui non tantum Mandata Christi susceperant, sed quibus etiam, ut intimis amicis suis, omnia ad salutem necessaria & Arcana PATRIS Consilia exposuerat.* Videantur *Celeberrimi Hamburgensis Theologi, DN. J. CH. WOLFFII. Cura Philologica & Critica. ad L. c.*

§. L.

§. L.

Eodem modo

c) Dn. Regentius quidem ex Loco ad Ephes. IV, 11: Und er selbst hat etliche zwar gegeben zu Apostеln, etliche aber zu Evangelisten, etliche aber zu Hirten und Lehrern. Graduum disparitatem & Divinam eorundem Institutionem defendere annitur: Interea tamen nec id Fanaticos recte feriet, præcipue cum ex Sacris pateat, quod *MINISTERII Ecclesiastici eadem sit Virtus*, in omnibus ac singulis, qui rite vocati & inaugurati sunt; vide Joh. XX, 21. ff. Episcopi & Presbyteri etiam gradualiter ibidem non distinguantur, vide Act. XIX. v. 6. XX, 17. f. 1. Cor. XII, 28. Ephes. IV, 17. Philipp. I. v. 1. 1. Tim. IV, 14. 1. Petr. V, 1. f. *Quemadmodum & præterea* omnia apud *PAULUM* specifice opposita Officia, quicquid etiam *REGENTIUS* & *Papæi* volunt, non efficiunt *ULLUM*, qui *omnes auctoritate, potestate & dignitate antecelleret, adeoque toti Ecclesiæ loco CHRISTI præesset.* Si enim *CHRISTUS* id fecisset, & venditatio Papæorum tanti fuisset momenti, tunc *PAULUS* certe, id non tacuisset, ubi ex professo de constitutis a Christo tam *extraordinariis*, quam *ordinariis*, in Ecclesia *primitiva*, Ministrorum Ecclesiæ præcipuis differentiis, disserere instituit; Quin nec alibi unquam *PAULUS* hujusce rei ullam fecit mentionem, cum de *Ministerio* deque *Ministris Ecclesiæ* egit, quod tamen sæpe fecit, ut Rom. XII, 3. ff. 1. Cor. XII. v. 4. ff. 1. Tim. III, 1. ff. V, 17. &c. In omnibus siquidem id manifestum est, quod de diversis quidem donis & prærogativis egerit, ita tamen, ut in gerendo *Ministerio Ecclesiastico*, ad disparitatem Donorum particularium ac personalium, non respexerit, sed paritatem Divini Effectus, in Officio Ministeriali, quod sua Auctoritate constituerat DEUS, evicerit, ac ad vires non personales, sed Ministeriales æqualiter suspenderit.

§. LI.

Propius ad scopum

III. Dn. Regentius contendere videtur, quando adjicit: Die Pharisäische Groß-Sprechung: Und gleich wolten die Prediger

ger, von sich und aus sich, ohne GOtt lehren, wird allorten verworffen; Hoc etenim ipso aliquid exprimit, quod in *Doctoribus*, tempore Christi existentibus, necessario carpere debebat *CHRISTUS*; isti enim pro suo arbitrio, *certam Fidei ac vitæ Regulam* omnibus præscribere, & Credenda ac Dogmata divinitus revelata, in suas *Traditiones* transvertere, non erubuerunt, quin in Rebus *Fidei* ac *Morum* adigere voluerunt auditores, ut, dum *adversus* Revelationem finxerant, quod vellent, hi seducti irrefragabili obsequio id exigerent, tyrannico sic plane modo angariati, cum tamen potius ad desuper communicatam & revelatam Veritatem respicere eidemque unice invigilare debuissent. Hinc & *FRANTZIUS. de Interpretatione Script. SS. p.* 490. *ff.* hanc dedit Paraphrasin: *Vos autem* (Discipuli Christi) *non vocemini Rabbi*, (inventores Dogmatum ex explicationum novarum, Scripturis nimirum contrariarum, sed docete, quæ & ME auditis). *Unus enim est Doctor* (Magister) *noster Christus*, (Qui audit Dogmata a Patre, & vobis annunciat, vos audita ex ME aliis, ut audiistis, prædicabitis sine nova inventione, additione & interjecto fermento.) *omnes vos fratres estis* (æquales estis respectu vestri, qui omnes, ut condiscipuli ex ME Magno Magistro & Doctore Dogmatum discitis,) & *Patrem vestrum* (ratione Dogmatum inventorum) *neminem vocetis in Terra.*

§. LII.

Cum igitur

δ) interdicit Christus Apostolis. Nec vocemini Magistri κατηχηθαὶ (non autem, ut *REGENTIUS* scripsit κατηχηθαὶ,) *ad Honores Academicos* non respexit, sed jamdum expressa potius inculcare voluit. Videant proinde Fanatici, qui *Carolstadium*, *Zwinglium*, *Bullingerum*, *Gualtherum*, præcipue vero, *Weigelium* & reliquos *Anabaptistas* & *Fanaticos* sequuntur, ac omnes in eo sunt, ut nugaciter venditent, quod his *CHRISTI* Verbis nomen *MAGISTRI* aut *Doctoris*, in Academiis collatum, damnetur; Quomodo ad Matth. XXIII, 9. respondere velint, ubi Christus statim adjicit: *Et PATREM ne vocetis*

cetis vestrum in Terra quenquam. Et quid ad instantiam de HERIS & DOMINIS regerere volunt, vide 1. Cor. VIII, 6? Ulterius: Annon JOANNES id permisit, ut *Discipuli* ipsius nominaverint ipsum RABBI? Joh. III, 26. Annon PAULUS semet ipsum Διδασκαλον ἐθνῶν insignivit? 1. Tim. II, 7. 2. Tim. I, 11. confer 1. Cor. IV, 15. Quomodo porro SPIRITUS S. Ipse Ecclesiæ Ministros vocavit Doctores? Act. XIII. v. 1. 1. Cor. XII, 28. Hebr. V. v. 12. Sunt & præterea argumenta tam J. N. quam *Revelationis*, pro conferendis Honoribus, quoad dignos ac habiles, tam clara, ut ulterius Refutatione id non indigeat. Videatur post LUTHERUM, DN. ALBERTI, DN. KORTHOLTUM, DN. QVENSTEDIUM, DN. CRUSIUM, DN. BARTHOLDUM KRACKEVIZIUM, D. RANGONEM, DN. MORHOFIUM, DN. RECHENBERGIUM & *innumeros*, DN. D. FRANCISCUS ALBERT. ÆPINUS. Magnificus hodie Academiæ Rector, *Collega noster Conjunctissimus*, in Diss. sub Rubro: *Moralitas Gradum Academicorum ex J. N. Principiis contra Fanaticos præsertim asserta.*

§. LIII.

Hactenus *Hypotheses CATECHISMI Zinzendorffiani*, per *Antitheses* suas infringere molitus est *DN. REGENTIUS*; Sed nunc

THESES etiam quasdam *Orthodoxas* aggreditur & specialiter

IV. illam refellere adnititur: Es habe niemand jemahlen das Gesetze GOttes erfüllet. *Rom. III*, 23. Ut vero colore quopiam instruat

a) Hunc suum errorem, hinc addidit: *ZACHARIAS* und ELISABETH waren beyde gerecht für GOtt, und wandelten in allen Geboten und Satzungen des HErrn unsträfflich. Luc. I, 6. Sed huic dubio jam opposuimus, in Dissertatione, *qua Doctrinas Schefferianas*, §. *XXII.* quæ causam hanc absolvunt, & cum adversus *HAFERUNGIUM* non ita pridem adhuc omnis hæc Controversia jamdum sit diluta, hinc sufficit nobis, dummodo *Paraphrasin* ingenuam *Theologi quondam Hamburgensis*

Celeberrimi, Dn. Dan. Severini SCULTETI, demum subjiciamus, quæ est sequentis tenoris: *Ambo erant justi coram DEO PERFECTE, propter Christum, per suam in Illum Fidem, incedebant etiam, instituebant suas actiones*, quantum humana permittebat infirmitas, *secundum universa DEI præcepta*, secundum universas Ejus inquam leges, omnium judicio probandas, erant proinde *inculpati*, nullam merebantur reprehensionem, ob aliqua animi *dominantia vitia & malitiæ delicta.* Quando & perro venditat *DN. REGENTIUS*

β) adversus locum *Rom. III, 23.* Paulus habe nemlich unterweiset die Juden und Heyden, daß sie aus ihren Gesetz oder heydnischen Wercken, oder eigenen Kräfften nicht gerechtfertiget werden, sondern der Gnade GOttes nöthig haben, womit sie durch dieselbe umbsonst gerechtfertiget werden. Tunc nihil exhibet, quod ad scopum PAULI pertingat; Apostolus enim de JUSTITIA *impertienda* agens, monstrat quod cum ADAMO omnes ac singuli, peccatum, ac propria quidem culpa contraxerint, propter quod destituantur *Imagine Divina*, omnique perfecta animi *Sapientia* & *Sanctitate.* Addit &, quod si Justitiam hanc recuperare, vel potius eadem dotari ac donari velint, ibidem *omnia Opera ipsorum* simpliciter sint excludenda ac rejicienda; Siquidem justificari debeant GRATIS, *Gratia Ipsius per Redemtionem, quæ est in CHRISTO JESU*; *Quem quidem proposuerit DEUS Propitiatorium per Fidem in Ipsius Sanguine*; Quod & fiat in *Demonstrationem Justitiæ suæ. v. 24. f.* Quis vero non videt quod non agatur hic de GRATIA DEI, qua semper indigemus, sed potius de *Redemtione JESU CHRISTI*, quæ nobis Gratiam omnem *acquisivit*, & operibus nostris *nulla ratione* indiget. Justificari enim & *gratis justificari*, quod ad Nos attinet, omnia nostra Opera penitus excludit, eademque invalida facit.

§. LIV.

Non ergo

γ) consentire possumus cum DN. REGENTIO, daß das Wörtlein Umsonst, nicht alle Vorbereitung, der Hoffnung,

nung, Furcht und Reue, sondern nur die ohne Gnade vorhergehende verdienstliche Wercke ausschliesse. Solide enim *Confessores nostri* scribunt: *Hoc constitutum a DEO, ut, qui credit in Christum, salvus sit, sine Opere, sola Fde & Gratis accipiens Remissionem peccatorum.* LL. SS. p. 11. & p. 584. expresse profitentur: *Credimus docemus & confitemur, hoc ipsum nostram esse coram DEO Justitiam, quod Dominus nobis peccata remittit, ex mera Gratia, absque ullo respectu precedentium, præsentium, aut consequentium nostrorum Operum, dignitatis aut meriti. Ille enim donat, atque imputat nobis Justitiam, ut a DEO in Gratiam recipiamur & justi reputemur.* Reliqua, quæ de *Gratia* DEI protulit DN. REGENTIUS, amplam Refutationem invenerunt in *Dissertationibus* Celeberrimi Theologi Wittebergensis, D N. D. SCHROERI. De *Gratia* DEI, de *Gratia* ADAMI & de *Gratia* CHRISTI.

§. LV.

Neque errorem suum palliabit

d) Regentius, quando adjicit: Sind die Gebote Gottes leicht und nicht schwer; Hat sie der wohlweiseste GOtt zu halten, gebothen: Wie solle man nicht mit der Gnade GOttes, die alles vermag, die Gebote halten. Hanc etenim errorum farraginem, in *Quæstione* Theologica: *An Regenitus jam inde a Regenerationis tempore usque ad beatam mortem, sese ab omni proaretico peccato semper continere possit, &c.* laxissime dimovimus, ubi quidem p. 304. ff. exposuimus copiose, quomodo Phrasis illa de *servatione Legis* sit explicanda, & quod Legem Moralem nemo servare possit; Monstravimus & itidem quomodo *agre & imperfecte* servetur; p. 311. f. 348. f., quomodo *fructus Legis* non sit Cognitio Fidei salvificæ; p. 338. f., quid secundum eandem fiat *in statu* Sanctificationis p. 336. f.; Quod *Fructus ejus* non sit Continuatio Status Gratiæ p. 341.; Quod *distinguatur* a Fide p. 396. f.; Quod Legis opera non fiant *statim* cum Justificatione 414. f. Illuc ergo Dn. Regentium ablegatum volumus.

§. LVI.

Sed &

V. Dn. Regentius adversus *Orthodoxam* illam Thesin: Der Glaube seye die Haupt-Sache beym Christenthum, und allein zur Seeligkeit genug. *Act. XVI*, 31. insurgit hoc anti-Textu:

α) Nun aber bleiben Glaube, Hoffnung, Liebe, diese drey: Aber die Liebe ist das grösseste unter ihnen. 1. *Cor. XIII. v.* 13. Verum si locum Paulinum rectius scrutatus fuisset, tunc adigeret ipsum omnis Contextus, ut Paraphrasin ad L. c. cum laudatissimo DN. SCULTETO ita formasset. Interim in præsens, *in hac Vita nostra duratione, utut olim Fides & Spes sint cessatura*, moratur *in nobis* constanter junctimque, *quotquot conversi ac renovati sumus, ni ea abjicimus, ex DEI Beneficio* Fides *in DEUM viva, qua meditationem illam imperfectam in se includit*, spes *Divini Patrocinii aternaque salutis*, Amor *DEI ac proximi*, tria hæc *insignia Dona animæ.* Præstantior vero istis, *Fide ac Spe, vel præstantissimum horum donorum* est amor, *ratione durationis suæ, ut & ratione indolis suæ, quia nullius indigentiæ ac miseriæ nostræ indicium de se, ut Fides & Spes, præbet: Utut ratione fructus, quem nos ex ea haurimus, puta ratione Justificationis & salutis, Fides at una cum spe aterna Salutis antecellat amorem.* Hinc & DN. HEDINGERUS hunc Textum intelligendum arbitratur: Nach der Währung und Pflicht-Leistung gegen GOtt: Denn die Liebe gibt sich selbsten, der Glaube aber und Hoffnung nimmt von GOtt. Droben wird die Liebe das Vereinigungs-Mittel seyn, daß GOtt ewig in uns sey, und wir in Jhm, Glaube aber und Hoffnung gehören allein in dieses Sünden- und Jammer-Leben. D. L. Liebe macht nicht gerecht, sondern der Glaube; Weil aber Glaube und Hoffnung gegen GOtt handeln, und nur Gutes empfangen, darnach auffhören müssen; Die Liebe aber gegen den Nechsten handelt, und nur Gutes thut, dazu ewig bleibet, so ist sie gröſſer, das ist, weiter, thätiger, wahrhafftiger. Ex his vero extensius demonstratum est, quomodo de FIDE hic egerit

PAU-

PAULUS, & quod sibi adeo non contradixerit, ut potius suam sententiam largius confirmaverit & absolverit.

§. LVII.

Putat equidem Dn. Regentius

β) quod FIDEM ad *salutem unice sufficientem*, enervaverit Dicto Paulino 1 Cor. XIII, v. 2. „Wenn ich allen Glauben „hätte, aber die Liebe nicht, so wäre ich nichts. Ast nec ibi adjumentum sortitur errori suo; loquitur enim de eo *Apostolus*, qui *ex mera ambitione* talia sustinet; & LUTHERUS adversus ERASMUM ejusque Diatriben, T. III. A. p. 265. a Solide scripsit: „Ich sehe nicht warumb die Diatribe das Exempel für„bringet aus 1. Cor. XIII, 2. ff.; Denn daß sie hat viele Sprüche„ wollen führen, uns das Schwerdt in die Hand geben, damit wir„ sie niederschlugen. Denn der ist je wahrhafftig und eigentlich„ für GOtt nichts, der ohne Liebe ist. Also lehren wir auch von„ freyen Willen, darum so ist das Exempel auch für uns wieder„ die Diatriben. Es weiß vielleicht die Diatribe noch nicht, wor„über hie unser Kampff ist, wir reden nicht vom Wesen der Na„tur, sondern vom Wesen der Gnade, und vom Wesen für GOtt.„ Wir wissen wohl, daß der freye Wille nach Wesen der Na„tur kan etwas thun, essen, trincken, Kinder zeugen, haushalten,„ regieren, ꝛc. Und es darff die Diatribe uns mit dem spitzigen„ Fündlein und klugen Traum nicht verlachen, da sie saget: So„ würden wir auch ohne Christum nicht sündigen können; wenn„ Luther so hart wolt auff das Wort dringen: Ihr könnt oh„ne mich nichts thun. So doch Luther selbst sorget, der freye Wil„le tüge nirgens zu, denn Sünde zu thun, aber die kluge Diatri„be hat Lust zu spielen in so ernsten, hohen, grossen Sachen.„ Wir sagen, daß der Mensch, so ausserhalben der Gnade ist,„ gleichwohl bleibt unter, der gemeinen Allmächtigen Wirckung„ GOttes, der alles reget, beweget, schafft und thut, also, daß al„les getrieben wird, und folgen muß seiner ewigen unvermeidli„chen Wirckunge. Aber daß der Mensch also, nur durch gemei„ne Allmächtige Wirckung getrieben, thut, da haben wir gesagt,„ daß sey nichts, das ist, es tüge vor GOtt nichtes und daß es nicht,„

„ anders gerechnet werde, denn für Sünde. Also zum andern, „ der die Gnade erkennet hat, ist nichts, wenn er ohne Liebe ist, „ und hat sie nicht recht erkennet.

§. LVIII.

Opinatur Dn. Regentius

γ) Se in subsidium advocare posse locum Marc. XVI. v. 16. Wer da glaubet und getauffet wird, der wird seelig den: Verum rationem hujus citationis & argumenti penetrare non potuimus. „ Quamvis enim probe noverimus, „ quæ *Persona* sit talia accipiens, quæ per Baptismum offe„ runtur. Hoc enim pulcherrime & clarissime in his Ver„ bis expressum est: Qui crediderit & baptizatus fuerit, sal„ vus erit. Hoc est; *Sola FIDES* Personam dignam facit, „ ut hanc salutarem & Divinam aquam utiliter suscipiat. „ Cum enim hoc, in Verbis una cum aqua nobis offeratur, „ & proponatur, non alia ratione potest suscipi, quam ut „ hoc ex animo credamus. Citra Fidem nil prodest Baptis„ mus, tametsi per sese *cœlestis & inæstimabilis Thesaurus* esse ne„ gari non possit. Ideo unicum illud Verbum (*qui crediderit*) „ tantum potest, ut *excludat atque rejiciat omnia Opera*, quæ„ cunque facere poterimus hoc animo, ut per ea Salutem „ consequamur, & promereamur. Jam enim ita irrevocabi„ liter decretum est, *quicquid Fidei non est, illud ad consequen„ dam Salutem, nihil profuturum, neque tantillum consequuturum.* „ Quodsi ut solent, dixerint: Tamen *ipse quoque Baptismus OPUS „ est, & tu dicis, opera ad Salutem consequendam nullius esse momen„ ti, ubi tunc manet FIDES?* Respondе: Sane vero *nostra opera* „ ad Salutem nihil faciunt: Porro autem Baptismus non *no„ strum* sed DEI OPUS est. DEI enim Baptismus longe lateque „ a balneatoris Baptismo tibi secernendus est. DEI autem O„ pera salutifera sunt, & ad *Salutem consequendam necessaria* „ neque excludunt, sed FIDEM requirunt, citra quam com„ prehendi non possent. Eo enim, quod te aqua perfundi„ sinis, Baptismum nondum percepisti, aut servasti, ut inde „ aliquid emolumenti ad te redeat. Verum inde primum tibi „ proderit, si hoc consilio temet baptizandum obtuleris, ut

DEI

DEI *Mandato & Institutioni* satisfacias, ut in Nomine Domini baptizatus *promissam in aqua Salutem* consequaris. Jam hoc neque manus neque corpus efficere potest, sed *corde credendum est*. Ita vides liquido, hic *nullum* esse opus, quod *a nobis fiat*, sed thesaurum, quem Ille nobis largitur, *sola FIDES* apprehendit: Non secus atque Dominus JESUS in Cruce *nullum opus* est, sed *Thesaurus Verbo comprehensus*, nobisque oblatus, quem *sola Fides* apprehendit & consequitur. Injuriam itaque nobis faciunt, cum adversus nos vociferantur, quasi *contra Fidem* doceamus, cum tamen *unice* illam urgeamus & inculcemus, ut *qua tam sit necessaria, ut sine illa nihil quicquam possimus apprehendere aut consequi*. Videantur *LL. SS. p.* 541. *f.*

§. LIX.

Sed denique

δ) maximum & præcipue *verosimile* argumentum adjicit DN. REGENTIUS, ex Jac. II, 14. & 16. decidens: Was nützet euch Bruder, wenn ihr saget, ihr habt den Glauben und habt die Wercke nicht? Der Glaube ohne Wercke ist tod. Quis etenim non videt, quod hic Opera nostra, Fidei, quantum ad eandem in causa *Regenerationis, Justificationis & Unionis Mystica*, attinet, non adjungantur; Si quis enim dicit, deprædicat, jactat, se habere *assensum* Doctrinæ Salutis, Opera vero *caritatis*, cum DEI lex & temporis ratio illa exigit, non habet *ex deliberato ac Conscientiæ ejus repugnante, illorum neglectu*, Quodnam commodum illi est, ex sua Fide in hoc & futuro ævo, Fratres mei? Nullum. Ipsimet id mecum affirmabitis. Num potest hæc Fides eum salvare? Num potest illi impetrare beatum Justificationis, Adoptionis & æternæ Salutis statum? Non potest. Si puta frater aut soror, homo ex protoplastis tecum descendens, sint male vestiti, atque nutrimento, ipsa hac die necessario, destituti; Dicat vero illis quispiam ex vobis; Discedite a me in prospero statu rerum precor, vobis vestitum & cibum contingere, quo calefiatis, & satiemini, non vero detis illis, cum potestis, res, corpori

corum

eorum expedientes, quodnam est fratri, & sorori vestræ & vobis, commodum ex vestris verbis? Nullum. Quia enim votum nostrum non habet sibi conjunctim *Opus caritatis*, in vestris viribus situm, nec consequenter caritatem, nec fidem vivam, atque adeo plane *frigidum est & mortuum*: Ideo DEO est *invisum*, nulliusque apud Illum efficaciæ, nec consequenter ullum proximo adfert fructum, nec compensabitur a DEO benigno. Vid. DN. SCULTETUS. L. c.

§. LX.

Postquam de *his duobus, SUISQVE erroribus*, frustra egerat DN. REGENTIUS, tunc telam adversus Fanaticos cœptam, iterum persequitur; &

VI. adversus Oppositionem illorum: Niemand könne eigentlich die Sünde vergeben, *Marc. II. v. 7. Luc. V. v. 21.* opponit

α) Textum Joh. XX, 21. Wie mich der Vater gesandt hat, also sende ich euch, nehmet hin den Heil. Geist, welchen ihr die Sünde vergebet, denen sind sie vergeben. In eo etiam ipso cardinem rei tangit. Ea enim instructione, qua, in præconii finem miserat CHRISTUM, Pater per Nativitatem in Mundum, perque *Mandatum administrandi Officii Prophetici* ad Hebræum Populum; Eadem, & illa ipsa Instructione, eundemque in finem misit CHRISTUS *Apostolos* & eorundem *successores*, ad totum genus humanum, eadeque facultate remittendi peccata eosdem instruxit, quamvis successores illi Apostolorum, Apostolatu ipso simul non defungantur, sed ordinario tantum Ecclesiastico Ministerio. Verum, quid ibi legitur de Potestate ORDINIS apud Papæos fallaciter *extensa*, de Potestate JURISDICTIONIS *interioris* & *exterioris*? Videantur post innumeros, MARTINI BECANI. *Opera p. 727.*? Et quomodo CONCILIUM *Trid. Sess. XIV. Can. IX.* decidere potuit: *Si quis dixerit, Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse ACTUM JUDICIALEM*, sed *nudum Ministerium pronunciandi & declarandi, remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum, Anathema sit?* Quid & valere potest, quando

Can. XII.

Can. XII. sententiam ferunt sequentem: *Si quis dixerit totam POENAM simul cum culpa remitti semper a DEO, satisfactionemque Pœnitentium non esse aliam, quam Fidem, qua apprehendunt, Christum pro eis satisfeciſſe; Anathema sit?* Conf. *Con. XIII. & XIV.* JEsus Christus certe, in hac facultate, Ministris Ecclesiæ concessa, tale quid nunquam promisit aut se præstiturum spospondit, & quod FIDES in CHRISTUM *sola* requiratur, id tam clarum est, quam quod clarissimum. vid. Act. XX, v. 21. Rom. III, 24. ff. Gal. II, 21.

§. LXI.

Solide etiam

β) se recepit DN. REGENTIUS ad locum Matth. IX. v. 8: Sie preiseten GOtt, der solche Macht, die Sünde zu vergeben, den Menschen gegeben hat. Ibi etenim declaratur, quod JESU CHRISTO POTESTAS *remittendi peccata*, revera sit concessa, & sic *antecedaneum* adest, quo quidem confirmatur postea concessa Potestas, quæ ad *Apostolos*, eorundemque *successores*, dimanavit. DEUS etenim *Solus* peccata remittit αὐτοκρατορικῶς καὶ πρώτως; *Eandem* autem auctoritatem concessit *hominibus*, seu ordinariis Verbi Ministris. Illi enim VICE seu *nomine* CHRISTI funguntur legatione; Quippe cum DEUS *hortetur ad contritionem, fidem novumque obsequium*, per hos, *quemcunque hominem, quem Apostoli ad ea adhortati sunt*; Sicut etiam *rogant quoscunque homines, cum quibus ipsis colloqui datur Vice CHRISTI, ut salvi sua consulant, his Verbis:* Reconciliamini DEO. *Ita vos gerite, ut cum DEO pleniſſime redeatis in Gratiam; Solliciti este de DEO, Creatore vestro, recte cognoscendo, vobisque conciliando. Meditemini Verbum, admittite Spiritus S. Operationem, resipiscite consequenter a Peccatis vestris. Eum* enim, qui *licet rerum omnium scientiſſimus esset*, haud *tamen* scivit *ullum* peccatum, *cujus ipsimet reus esset*, fecit DEUS pro nobis *hominibus universis, in nostram Salutem*, Victimam peccatis *totius humani generis, vi Divinæ Impositionis seu Imputationis*, onustam, *mortique obnoxiam*; Quo nos *homines universi*, simus propter Illum Justitia, DEO *accepta*; *Homines, coram Deo, seu ex Cle-*

 mente

mente Ejus Judicio, ab omni Legum Divinarum transgressione immunes eoque nomine DEO gratissimi, post seriam venia petitionem, quo consequenter Divina irata nostrorum delictorum memoria cesset. Confer 2. Cor. V, 19. ff. & addatur *Celeberrimus SCULTETUS.* ad L. c.

§. LXII.

Facile igitur

γ) exspirat *Dubium*, quod ex Marc. II, 7. eruere voluit CATECHISMUS *Zinzendorffianus.* Verum etenim id est, quod hostes JESU Christi tunc potuerint opganire: *Quis potest peccata remittere prater solum DEUM?* Ast in applicatione erraverunt diriter, quando CHRISTUM pro *DEO* & *Homine* non voluerunt agnoscere, ac speciatim concedere, Christo secundum Humana Naturam idipsum, quod *peccata remittere possit*; Immo, quod hanc *Potestatem* conferre possit suis *Legatis* & *Ecclesia Ministris*, desuper tributum esse. Quamvis enim Matth. IX. v. 6. dixerat Ipse: *FILIUS Hominis habet Potestatem remittendi peccata*; Populus tamen ad *Ecclesiam* & *Ministerium Ecclesiasticum* id accommodat, adeoque DEUM celebrat, aut gratias Ipsi agit, (1) πρώτως, quod *miserit Magnum Illum Prophetam seu MESSIAM JESUM CHRISTUM*, Qui potest & remittere peccata *immediate*, αὐτοκρατορικῶς. (2) & Δευτέρως, quod etiam *Verbi Ministris, qui homines sunt, sicut alii, Potestatem dederit remittendi peccata Nomine Christi, idque* Διακονικῶς *quidem, sed* ἀληθῶς, *vere realiter & efficaciter*; Seu, quod Christus etiam *mediate* remittat peccata quippe per *Homines, ad id vocatos & ordinatos.* Conferatur *Reverendissimus Scaniæ Episcopus D. Petrus WINSTRUPIUS. in Pandectis. ad Matth. IX, 8. p. 1010. s.*

§. LXIII.

Eodem modo

δ) nil invenerunt Fanatici in Loco Luc. V, 21.; Quamvis enim *Pharisæi* opganirent Christo: Wer kan Sünde vergeben, denn allein GOTT? Atque hac ratione impolluta Veritatis eloquia, quæ non capiebant, *blasphemias* esse sentiebant

ac

ac judicabant. Nihilominus in contrarium *SALVATOR noſter*, his Argumentis firmiſſimis, adverſus eosdem oblatrantes, *ſolidiſſime* uſus eſt:

Si Poteſtatem habeo remittendi hominibus peccata, non blaſphemavi, remittens iſti paralytico peccata;

Sed habeo &c.

Non igitur blaſphemavi.

Aſſumtionis *Proſyllogismum* itidem iis ad convictionem declarat, hoc quidem modo:

Si habeo Poteſtatem atque Potentiam ſanandi quos volo, habeo etiam Poteſtatem atque Potentiam remittendi peccata quibus volo. Nam utrumque aque difficile, ac DEI proprium.

Aſt habeo Poteſtatem atque *Potentiam ſanandi, quos volo*; Id quod ipſo facto jajam demonſtrabo, *precipiens paralytico, ut ſurgat:*

Ergo habeo quoque Poteſtatem ac Potentiam remittendi peccata, quibus volo. Si vero hæc omnia rita ac demonſtrata ſunt, quomodo ergo CHRISTUS hanc *Poteſtatem* ad Apoſtolos eorundemque ſucceſſores in Officio Miniſteriali, derivare non potuiſſet? Ea propter enim *συνεργοὶ θεῦ*, *Adminiſtri DEI* dicuntur, & hos DEUS Jerem. III. v. 15 dare voluit *juxta Cor ſuum, ut paſcant ipſos cognitione & intelligentia*; Ut *generentur per Evangelium Chriſtiani.* 1. Cor. IV, 15.; Hi etenim *plantant & rigant.* 1. Cor. III, 6 ſſ. & *per eosdem creditur.* v. 5. Hi *ſalvant* 1. Cor. IX, 21. 1. Tim. IV, 16. Paucis: Quicquid CHRISTUS inſtituit & Auctoritate Sua Divina firmavit ac communivit, illud FANTICI male ad ſuos *raptus* & *Enthuſiasmos* rapere volunt.

§. LXIV.

Sed denuo accedit DN REGENTIUS

VII. ad *errorem Fanaticum.* Es ſollen alle unmittelbahr gezogen werden. Joh. VI. v. 44. Eidemque opponit locum. Joh. XVII, 16. Ich habe euch verordnet, daß ihr hingehen ſollet, und Frucht bringen; Und daß eure Frucht bleiben ſolle. Et hic quidem *certum* eſt, quod CHRISTUS Joh. VI, 44. reſpici-

ſpiciat ad *Officium ſuum Propheticum*, quo inter Judæos defungebatur; Sic etenim decidere poterat: *NEMO POTEST AD ME VENIRE, ME pro ſuo Redemtore habere, in ME confidere ac ſperare, meam Gratiam & Opem petere*, niſi Pater, QUI ME miſit, eum traxerit *ad ME, dando ei, in uſu Verbi morato, per Operationem ſuam, quæ declinabilis eſt, genuinuam MEI notitiam, aſſenſum, fiduciam, deſiderium & ſpem Gratiæ meæ.* Et ſolidiſſime ſcripſit D. FRANTZ JULIUS LÜTKENS. in dem *Collegio Biblico. p.* 424. ſ. §. VII.: Nun iſt zu betrachten, worinn der göttliche Gnaden-Beruff eigentlich beſtehe? Es beſtehet derſelbe zuförderſt darinn, daß GOtt ſowohl (α) das Heyl und alle Gnade dieſes und jenen Lebens, ſo uns durch Chriſtum erworben iſt, wie nicht minder den Glauben, dadurch wir der erworbenen Gnade Chriſti theilhafftig werden, der uns auch hernach zur Danckbarkeit eines gottſeeligen Lebens treibet, den Menſchen kund machet, Rom. XVI, 26. als auch (β) daß GOtt ſowohl (1) das ewige Leben, welches durch Chriſtum erworben iſt, uns anträget. Epheſ. I, 13. 1. Petr. V, 10. als auch (2) den Glauben, das Mittel ſeelig zu werden, uns darbeut, Act. XVII, 30. 31. (γ) daß GOTT ſammt dem Antrage des Glaubens und der Seeligkeit auch die Kräffte, dadurch wir beydes den Glauben annehmen, und mit dem Glauben die ewige Seeligkeit ergreiffen ſollen und können, uns anträgt und zu ſchencken bereit iſt. Es iſt mit uns, wie mit einem lahmen Krüppel. Machet man demſelben gleich kund, daß er in eines reichen Mannes Hauſe geſättiget werden könne: Ladet man überdem ihn auch gleich ein, er ſoll hinkommen, und ſich ſättigen, ſo kan er doch wegen ſeines ihm anhangenden Unvermögens, der kund gemachten und angetragenen Wohlthat nicht genieſſen, woferne man ihm nicht zugleich die Liebe erzeiget, und in des reichen Mannes Hauß hintragen läſt. Ebener Geſtalt, wenn gleich GOtt der HErr durch ſeinen Beruff von Seiner in Chriſto erworbenen Gnade und den Glauben als dem Mittel dazu würcklich zu kommen, uns Nachricht gibt, und zu beyden uns einladet, ſo können wir doch aus unſerm eigenem Vermögen den Glauben und die angebothene Gnade nicht annehmen, ſondern

wir

wir bedürffen darzu, daß GOTT durch seinen Beruff auch die Kräffte uns darbiete, damit wir gläuben und seelig werden können, hieher gehöret, daß, wenn die Krüppel, Lahmen und Blinden zu dem grossen Abendmahl eingeladen werden, den Knechten, das ist, den Predigern anbefohlen wird, vorerwehnte Leute auch herein zu führen. Luc. XIV. v. 21. Damit wird aber angezeiget, daß GOTT durch seinen Gnaden-Beruff, welchen er vermittelst des Predigt-Ampts den Menschen antragen läst, der Gebrechlichkeit und Blindheit der Menschen dergestalt, mit Darreichung aller dazu benöthigten Kräffte, zu statten komme, daß sie soviel Vermögen erlangen, daß sie beym und zum Abendmahl im Glauben erscheinen können. Und Joh. VI, 44. wird gesaget, daß uns der Vater ziehe, damit wir an Christum gläuben, oder wie der Text redet, zu Ihm kommen. Damit aber zeiget der HErr an, der Vater gebe uns durch einen Göttlichen Zug, das Vermögen den Glauben anzunehmen: Man vergleiche Cant. I, 4.

§. LXV.

Huic addit

VIII. *DN. REGENTIUS novum FANATICORUM errorem:* Die Kinder GOttes mögen um leiblich Brodt nicht sorgen. Matth. VI, 31.; Eidemque opponit *Petitionem quartam.* Matth. VI, 11. Unser täglich Brodt gib uns heute. In quo ipso denuo recte versatur. Neminem quidem fugit, quod *quarta* Petito omni ævo diversimode sit exposita; Interea tamen, num laudandi sint, qui plus, de *spiritualibus* ac cœlestibus rebus hic cogitant, quam de *temporalibus*, disputare nunc non volumus; Modo hoc tanquam certum & indubium præsupponamus, quod sicut nobis credentibus, tam *animæ* quam *corporis* cura incumbit, ita quoque *JESUS Ipse*, rationem *utriusque* habuerit. Quum igitur Petitione præcipue *prima*, de iis, supplices nos esse voluit Redemtor, quæ per Media Salutifera, *GRATIAM spiritualem & æternam* nobis exporrigunt, ita non displicuit CHRISTO, ut instrueret nos, quomodo pro *pane corporali* precandum nobis sit? Ut omnia *ad vivendum necessaria*, & quod ad *Substantiæ nostræ Conservationem* suf-

sticit, obtineremus. Nam & hæc *rerum corporalium* sancta Petitio, ad DEI Gloriam facit, nos admonet officiorum nostrorum & obligationem inducit ad gratitudinem, ne unquam nostræ quicquam attribuamus industriæ, sed omnia nostra bona imputemus DEO, iisque secundum Voluntatem DEI, & ad Ipsius Gloriam hilariter utamur. Hæc vero momenta sunt tam prægnantia, ut *sanctulorum* persuasionem, si non superbiam & arrogantiam merito accusemus. Nil enim aliud Matth. VI. v. 81. injunctum nobis est, quam istud, ne cum *dubitatione, diffidentia ac mœrore* animi nostri, agitemus *necessaria vitæ subsidia*, dicentes: *Quid edemus? Quid item bibemus? Quid etiam induemus in posterum*? Deerunt fortasse inposterum cibus, potus, & vestes, peribimus fortean misere! Nam hæc omnia *Gentiles* quærunt in angustiis, cum dubitatione, diffidentia ac ægritudine animi; Nos vero quotquot Christiani sumus, haud decet *Ethnicis* esse similes, qua vitia animi, verba, factaque turpia. *Novit enim Pater noster*, Qui Cœlum possidet atque inhabitat, velut Thronum suum Regium, quod *indigeamus his omnibus*. Cum ergo id norit, cum Pater noster sit, cum nobis universis ac singulis Corpus & Animam dederit atque adeo nobis universis & singulis optime cupiat, cum Pater Cœlestis sit, ac proinde Virtute infinita polleat, hinc dabit Ille certo certius nobis victum & amictum, si in Eum credimus ac strenue laboraverimus. Conferatur *SCULTETUS* ad L. c. & ad *ORATIONM Dominicam*, post innumeros, *DN. HERMANNUS WITSIUS. p. 172. ff.*

§. LXVI.

Ast iterum

IX. Regentius veluti errorem, corrigere vult *THESIN* illam *Orthodoxam*: Die Sünde werde den Gerechtfertigten nicht zugerechnet werden. *Rom. IV*, 8. Eidemque

α) opponere molitus est *Dictum* illud Rom. XI. v. 20.: Du stehest durch den Glauben, erhebe dich nicht in deinem Sinne, sondern fürchte dich. Ast nexum hicce nullum denuo invenire potuimus; Unde probetur, quod credentibus in

CHRI-

CHRITUM, *non imputentur peccata*; Verum id quidem est, quod *cautum timorem* inculcaverit alibi *Apostolus*, vide Ps. II, 11. & Philipp. II, 12.; Quodque hic exemplum *eliminata judaica Politia* urserit; Interea tamen Is ipse *PAULUS* docuit nos Rom. V, 1. s. quod *justificati fide*, *pacem habeamus erga DEUM*, *per Dominum nostrum JESUM Christum*: *Per quem & aditum habuerimus Fide in Gratiam hanc*, *in qua stamus & gloriamur super spe Gloriæ.* Conf. Rom. VIII, 34. & hac ratione confidimus etiam in iis, quæ Paulus Rom. IV, 5. ss. tam expresse & celebriter docuit; *Illi enim*, *qui non operatur*, *se potius peccatorem profitetur* Cap. III, 23. *credit vero in Eum*, *Qui justificat impium*, *IMPUTATUR Fides in justitiam*; Postquam enim *JESUS noster factus est nobis Sapientia a DEO*, *& Justitia & Sanctificatio*, *& Redemtio*, 1. Cor. I. v. 30. Tunc illud etiam est necessarium, ut peccata nostra *confiteamur*, tunc vero *fidelis & Justus* est *DEUS*, *ut peccata nobis remittat*, *& mundet nos abs omni injustitia*. 1. Joh. I, 9. Hac igitur ratione, re probe pensitata, collata & vindicata, sicuti in calculis id fieri solet, subductisque rationibus colligitur, & firma persuasione evincitur, quod peccata nostra manifestissima, *per Meritum CHRISTI* expiata & abolita nobis *non imputentur*, hoc est, coram Judicio Divino plene *conciliata* habeantur; illorumque memoria evilescat & intereat. Vid. prolixius *D. J. GÜNTHERI.* Erklährung der Epistel Pauli an die Römer. ad *L. c.*

§. LXII.

Eodem modo, quando

β) DN. REGENTIUS adduxit locum 1. Cor. IV. v. 4.: Ich bin mir nichts bewust; Jedoch darinn bin ich nicht gerechtfertiget. Nec ibidem nexum probationis, quod puta credentibus in Christum *non imputetur peccatum*; Invenire simpliciter non potuimus; Agit etenim PAULUS ibidem, de *Administratione OFFICII sui*, & demonstrat, se non esse sibi conscium, *perperam* administrati Officii, atque *in hoc tamen* etiam se non esse justificatum. Quid vero inde ad illam *non imputationem* peccati, quam ex D. Paulo demonstravimus, con-

concludere poteſt? *Dijudicatio* certe *ſui ipſius*, qua quis ſuorum donorum magnitudinem admiratur, & ex ea æſtimatione, ſupra reliquorum ſortem ſeſe effert, ad rem nil facit. Proindeque ſumma Verborum Apoſtoli huc unice redit: Quod ipſemet non ferat de ſeſe *judicium*, quantus ipſe ſit Apoſtolus, quantum laborarit, & quibus a DEO donis ſit exornatus; Licet enim in ſuo Apoſtolatu nullius culpæ, nullius quoque criminis ſibi conſcius, ſed in Doctrina pariter & converſatione, inculpatum ſe præſtare contenderit. Tamen coram DEO, ſe hac ſua Innocentia non poſſe niti, nec promereri quicquam, nedum, ut pſeudo Apoſtolorum in modum, (qui Paul Auctoritatem apud Corinthios imminuere tentabant & convellere) Juſtitiæ Arcem ſuper hoc arenoſum propriæ dignitatis Juſtitiæque fundamentum, collocare auſit. Nihil ergo ſuffragantur Verba Pauli *Romanenſium* dubitationi, de *certidudine Salutis*, ut quidem alias ex hoc Loco *Pontificii* ſuum Dogma, de hac *Dubitatione* confirmare moliuntur. Paulus enim inquiens. *Non me ipſum dijudico*, nullius enim etiam rei mihi conſcius ſum, ſed per hoc non ſum juſtificatus, *Juſtificationem ſuam derogat novæ Obedientiæ ſuæ Operibus*, nequaquam vero innuit, ſe *de ſalute ſua* hærere dubium ac ſuſpenſum. Ipſe enim Paulus diſerte ſcribit. Rom. VIII, 38. ſ. *Scio, quod neque vita, neque mors, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, nec ulla creatura alia, poſſit nos ſeparare a Dilectione DEI, quæ in Chriſto JESU Domino noſtro.* Et 2. Tim I, 12. ſcribit: *Novi, certusque ſum, quod is, cui credidi, Potens ſit, Depoſitum meum cuſtodire in Diem illum.* Vid. *D. ÆGIDIUS HUNNIUS.* ad *L. c.*

§. LXVIII.

Non ergo indigemus

γ) ut eorum cauſa, ad quæ DN. REGENTIUS contendit, locum illum Rom. III, 23. repetamus. Quid etenim docet hicce Textus? Nil aliud, quam ſequentia: „Keine „Nation, keine Perſon hat hier was beſonders, ſondern ſie ſind allzu-

Allzumahl Sünder: ADAM und seine Nachkommen, die in
und mit ihm (obschon nicht mit gleicher Ubertretung, doch in A-
dam auch für sich selbst gesündiget haben. Rom. V., und was
die angebohrne Unarth, desgleichen die würckliche Sünde an
und vor sich betrifft, da ist kein Unterscheid, sie sind allzumahl
Sünder, sie haben alle gesündiget, einer sowohl, als der andere,
obschon nicht eben so als der andere: Gesündiget haben sie,
nicht nur *Habitualiter*, weil sie alle mit dem Sünden-Gifft erb-
lich angesteckt seyn, seyn alle aus sündlichen Saamen gezeu-
get, und in Sünden empfangen, Ps. LI, 7. wo wil man ei-
nen reinen finden, da keiner rein ist? Job. XIV, 4. Sondern
auch *Actualiter*, in der That, denn es ist kein Mensch auff Er-
den, der recht thue, und niemahls sündige, Eccles. VII, 21. Sie
fehlen alle mannigfaltig. Jacob. III. v. 2. Und mangeln des
Ruhms, den sie an GOtt haben sollen. In seiner Sprache
stehet ὑστερέμεθα, da Paulus ein Gleichniß brauchet einmahl von
denen, die in den Schrancken lauffen und nicht fortkomen können,
sondern mit Schimpff und Schanden zurück und dahinden
bleiben müsten: Also müssen auch leider! wir in Betrachtung
unserer Sünden, dahinten bleiben, und können nicht erjagen oder
erreichen den Ruhm und die Æstim, die wir vorhin bey GOtt
gehabt haben, die wir haben könten und solten: Die Krone
unsers Haupts ist gefallen, o wehe uns, daß wir so gesündi-
get haben! Mögen wir wohl sagen aus Thren. VI, 16., alle
unsre Gerechtigkeit ist wie ein befleckt Kleid. Esa. LXIV, 3.
Vid. *D. AUGUSTI PFEIFFERI.* Apost. Christen-Schule. Am
Sonntage nach dem neuen Jahr. *Conc. I. p.* 151. *ff.*

§. LXIX.

Sed &

X. Rationem habere voluit *ERRORIS Fanatici*, quo urgent die Feuer-Geist- und Gewissens-Tauffe. Matth. III, 11, 1. Petr. III, 21. Opponit siquidem isti DN. REGENTIUS

a) Textum Joh. III. v. 5.: Es sey dann daß jemand wie-
dergebohren werde, aus dem Wasser und aus dem H. GEI-
STE, so kan er zum Reich GOTTES nicht hinein gehen:

Cui addit Loca Act. XXII, 46. Act. VIII. v. 36. Verum cum de Baptismo inter Nos omnia sint absoluta & adversus quoscunque hæreticos pleniſſime demonſtrata, tunc multum conduxiſſet, ſi DN. REGENTIUS, aut ex CATECHISMO *Zinzendorffiano*, aut etiam ex iis, quæ *in Luſatia* his temporibus ſcripta ac prædicata ſunt, conſpectum quempiam ſubjeciſſet: Nos etenim perſuaſi ſumus de his *Erroribus*, quod BAPTISMUM, qui nunc in Eccleſia Chriſtiana uſurpatur, *ORDINATIONEM Divinam* habere non velint, meram ἐθελοθρησκείαν eundem proclament, ac inter Chriſtianos non amplius adhibendum cenſeant; Quibus addunt, quod ad *Legem* potius, quam *Evangelium* pertineat, adeoque non niſi *legalem & pædogogicum* duntaxat habeat *Uſum*. Quemadmodum etiam *Unionem Sacramentalem REI Cœleſtis* cum *terrena*, ſeu *aqua*, in Baptismo fieri negant, nihilque *virtutis* & *efficacia Divina*, producendorum in homine effectuum ſpiritualium, eidem relinquunt, ita *nudam* potius *ceremoniam* æſtimant, qua ſit utendum, veluti *Symbolo mortificationis veteris hominis jam prægeſſe*, ut ſic nemini, niſi *jam credentibus* & in ſtatu Pœnitentiæ conſtitutis ſit conferendus. Qua etiam cauſa permoti, *PÆDO-BAPTISMUM* ex *mera ſuperſtitione* introductum, ceu Scripturæ S. non ſolum ignotum, ſed & *contrarium* prorſus ſimpliciter improbant ac rejiciunt. Quæ & alia adhuc βδηλύγματα, cum jamdum disjecerit ac refutaverit *Summe Reverendus Dn. D. J. A. ÆPINIUS.* In *Mataeologia Fanatica recentiori. Cap. X. p. 375.*, hinc, ut ſpecifice demum eadem exhibuerimus, ſatis quidem impræſentiarum eſſe poterit. Sed tamen

ζ) refutare etiam debuiſſet DN. REGENTIUS ea, quæ de BAPTISMO *Ignis*, *Spiritus*, ac *Conſcientiæ* nugati ferme ſunt, & ad hæc usque tempora, iſtiusmodi extraordinariè propogata fore, venditarunt *Fanatici*. Quod interim ad Locum Matth. III, 11. attinet, tunc finito ſermone de *vera ad Baptismum præparatione per reſipiſcentiam*, diſſerit *JOANNES* de ipſo quoque *Baptismo* ejusque *adminiſtratione*, inquiens,

ens, *Ego quidem baptizo vos aqua*, tanquam vero N. T. Sacramento, idque facio non *mea auctoritate*; *Misit enim me ad baptizandum aqua*, DEUS Supremus. Confer Matth. XXI, 25. Nec a me quicquam horum, sed a *Ministerio DEI* omnia suspendi debent; Nec Vires Spirituales, per Baptismum producendæ, non me quærendæ sunt, nec a mea Fide aut Regeneratione dependent; Eadem enim *Baptismi* ratio, quæ *Verbi*: Eodem etiam modo CHRISTUS post me, Baptismum dispensandum *Apostolis* suis Eorundemque Successoribus committet: Interea tamen DEUS & JESUS meus, Auctor Ille *Baptismi Veri*, ceu *Veri Sacramenti N. T.* ἰσχυρότερος est me, non tantum *Viribus ac Potentia* prævalentior seu fortior, sed etiam nobis omnibus superior, *Ille vos baptizabit in SPIRITU S. & Igni.*

§. LXX.

Si hic Antiquitatem scrutamur, tunc per *Baptismum SPIRITUS & IGNIS* intellexerunt aliqui *PATRUM* generatum *SPIRITUM S.* Qui instar *ignis* aduxit, & absumit *sordes peccatorum* in *Regeneratione Baptismi*, Vid. *Chrysostomus*, *Gregorius Thaumaturgus & Cyrillus Alexandrinus* apud *SUICERUM* in *Thesauro Ecclesiastico. T. I. p.* 630. *a. f.* Alii vero intelligere voluerunt *IGNEM Extremi Judicii*, cum *Basilio* & *Damasceno* Ibid. b. Sed prævalet citra dubium Sententia nostra, quod apud *MATTHÆUM*, nomine *Ignis* non modo intelligatur *Ipse SPIRITUS S.* Ejusque Gratia, sed *vera* simul *Visibilisque Flamma*, seu Ignis proprie dictus, cum quo, vel per quem *miraculose effundebatur in Apostolos*, die Pentecostes, Spiritus S. Act. I. v. 6. II, 3. VIII. 15. ff. XIX, 4. ff. Quam & Sententiam egregiè defendit *Celeberrimus* Hamburgensium *Theologus. DN. J. CH. Wolffius.* in *Curis Philologicis & Criticis.* Postquam enim defenderat *authentiam* Verborum, & demonstraverat Versionem non efformandam esse: *In SPIRITU igneo*, vel *Igne SPIRITUS S.* Deinde & clarius deduxerat, quod ad *exidium Hierosolymorum duci non posset* Textus, tunc optime adjicit: *Mihi quidem præ cæteris se probant illi, qui miraculosam SPIRI-*

TUS S. Effusionem, in Festo Pentecostes aliquando sub specie Ignis faciendam, praedici censent. Verba enim haec non amplius minas in refractarios, quibus jam defunctus erat JOANNES, sed solatium ad fideles, qui Baptismum sincero animo susceperant, continere videntur: Quemadmodum comma proxime sequens comminationem priorem, in pervicaces conjectam, repetita vice in illos torquet. Videatur ad *L. c.*

§. LXXI.

Nec quicquam

γ) lucrabuntur *Fanatici* ex 1. Petr. III, 21., ubi legitur: *Anti-Typus* diluvii *BAPTISMUS* nunc *salvos facit*, qui puta est, non *carnis depositio sordium*, sed *conscientiæ bonæ Interrogatio erga DEUM per Resurrectionem JESU Christi.* Vere enim de Baptismo nostro agit, ac demonstrat Apostolus, quod sicuti in *Arca NOÆ* octo animæ servatæ sunt, ita σωθηρία salus per Baptismum collata *Infantibus non modo, sed & adultis*, conf. Tit. III. v. 5. Ephes. V, 26. s. Joh. III, 5. & Act. II, 38. multum prosit; Et dum vulgaris lotionis scopus & usus erat demum in expurgatione & depositione sordium corporis externarum, ut *inquinatos sanctificaret ad carnis munditiem.* Hebr. IX. v. 13., ita Conscientiam Christi Sanguine, seu GRATIA DEI, Christi Sanguine parta, perfundat Baptismus, eamque *a peccati reatu ac domino* liberatam tranquillet, ut fiducia erga DEUM plena, semet ipsum interrogans, & inprimis residui peccati stimulos sentiens, intuitu Sacrificii JESU CHRISTI supplantet eosdem subindeque novam erga DEUM fiduciam concipiat; Qua quidem ratione deduci poterit *vera stipulatio* ac *confirmatio Fœderis initi*, ut hac ratione dignus Baptismi usus, fructusque sit *Conventio seu mutua obligatio*, qua DEUS homini Gratiam suam oblatam applicat & obsignat, Homo autem de Gratia DEI & remissione peccatorum certus, eidem obsequium suum sancte obstringit. *AQVA* enim *Baptismatis* movet DEUM ex parte nostra, ad Meritum CHRISTI nobis *imputandum*, velut Medium Salutis, a DEO institutum: *Meritum CHRISTI* vero nobis eo ipso imputatum movet DEum, velut *Causa Meritoria*,

ria & adaqnata, ad condonandam omnem culpam & pœnam, ad nos pro perfecte justis habendos, ad nos adoptandos, æternaque Gloria decorandos.

§. LXXII.

Quibus quidem abactis

♃) DN. REGENTIO in memoriam adhuc revocare necessario debemus, *Errorem Papæorum* nobis manere exosum & rejectaneum omnino, quando ad *Quæstionem*: An *Gratia & Virtus Baptismi, tantum ad unicum istud momentum, quando baptisamur, restricta sit, ita ut si baptisatus, postea admittat actiones contra conscientiam & cum fide, Gratiam ac SPIRITUM S. excutiat, ipsa etiam Virtus & efficacia Baptismi evertatur, adeo, ut siquis redeat per Pœnitentiam, Fides Reconciliationem apud DEUM quærens, desiderans, & in Verbo Evangelii eam oblatam apprehendens, non illam ipsam Gratiam, quæ per Baptismum antea peccatori oblata & collata fuerit, apprehendat, vel apprehendere possit, sed per contritionem & satisfactionem in pœnitentia aliam gratiam, similem tamen illi, quæ in Baptismo contigerat, quærere opus habeat?* respondent, & *posterius* affirmant *Papista*: Ad hunc enim diem *Lutherani orthodoxi* istud negant, & *prius* affirmant; Non statim enim *ipsa vis ac efficacia Baptismi* evertitur, quando quis *excidit*, Gratia per Baptismum sibi oblata, sed Baptismus *illam* retinet, & ejus Virtus *per totum Vitæ Tempus baptisati* durat, & non ad præsens tantum istud tempus, ubi contingit Baptismus, sed etiam ad *futurum* sese exporrigit, *tanquam æternum Fœdus*, siquidem Baptismus solennis obsignatio ac perpetuum Testimonium est, propositam & donatam nobis esse communionem ac participationem beneficiorum Christi, si credamus, vi Testimoniorum sequentium: Esa. LIV, 10. Marc. XVI, 16. Rom. VI, 1. ff. Ephes. V, 26. Tit. III, v. 5. 1. Petr. III. v. 21. Videatur pluribus *Inclitus* olim *Lipsiensis Theologus. D. JOANNES BENEDICTUS CARPZOVIUS Senior*, in *Disp. Isag. in Chemnitium Syst. & Antipap. p.* 1472. ff.

§. XXIII.

Sed quam bene alicubi *DN. REGENTIUS* adversus *Fanati-*

naticos hactenus egerit; Tam tamen nobis est offensum ac horridum, quando

XI. impugnare ausus est *THESIN Orthodoxam:* Die kleinen Kinder glauben. Matth. XVIII. v. 6. eidemque opponere voluit Locum Rom. X. v. 17. Der Glaube kommet aus dem Gehör. Quem in finem, ad *Historiam*, vel forte rectius, ad *Fabulam* de *puero IGNATIO*, discipulis exposito, provocat, quem Fidem ex *informatione* jam hausisse, persuadetur, ut ita alia plane ratio sit *Neo-natorum infantum*, ac secundum manuductionem Ecclesiæ ac antiquarum consuetudinum necessitetur quilibet, ut Verbis Christi Joh. III, 5. assensum præstet & credat: Daß die ungetauften Kinder in das Himmel-Reich nicht werden eingehen. Mire nimirum hic

α) confundit *DN. REGENTIUS* ζήτημα suum; Siquidem aperte loquitur *PAULUS* Rom. X, 17. de *Adultis*, quibus *auscultatio* prædicati Verbi Divini, ad fidem prodest, immo vero plane est necessaria; Sed quando CHRISTUS Matth. XVIII, 6. expresse perhibuit, quod *INFANTES credant*, tunc vix equidem videmus, quomodo se extricare poterit, quoad Dictum: Joh. III, 5.? Ibi etenim expressa sunt Christi Verba: *Amen Amen dico tibi, nisi quis generatus fuerit ex Aqua & SPIRITU, non potest ingredi in Regnum DEI*; Et hoc ipso quidem omnium amplissime confirmatur, quod *INFANTES* per Baptismum regenerati, *ingrediantur in Regnum DEI* atque sic *Fidem* habeant, quæ & ipsis tribuenda est, vi locorum: Ps. VIII, 3. XXII, 11. LXXI, 6. CXV, 13. Matth. XXI, 10. 1. Joh. II, 12. 14. Apoc. XIX, 5. 8. conf. Joh. I, 12. Act. XV, 9. Ephes. V, 26. Tit. III, 5., adde. Matth. XVIII, 9. Rom. III. v. 4. Gal. II, 2. & submittantur tandem Loca Act. II, 38, collat. Gen. XVII, 7. Marc. X, 14. XVI, 16. Quis igitur diffideret Omnipotentiæ Divinæ, Quæ *superabundanter facere potest, ultra omnia, quæ cogitamus*? Ephes. III, 20. conf. Esa. XLV, 8. Explicare igitur prius se debuisset, de *qualibus* Infantibus ipsi sit sermo?

§. LXXIV.

§. LXXIV.

Quod vero

β) attinet ad INFANTES, a *Christianis* & *credentibus* prognatos, qui *ante Baptismum decedunt*, & *citra ullam culpam Parentum*, Medio Salutifero illo non fruuntur, tunc hac occasione adversus *Papaos* solide egit. DN. M. J. CH. WEIDNERUS. In der wahren Seeligkeit der ungetauften Christen-Kinder, & ibi quidem HYPOTHESIN etiam hanc falsam *Papaorum*, adjectis aliis erroribus, non modo exhibet, scribens: Sie nehmen ihrer Ohnmacht auch noch diese Macht heraus, und wollen die vor der Tauffe durch GOttes Verhängniß verschiedene, und ohne ihre Schuld der Heil. Tauffe beraubete Christen-Kinder dadurch verdammt wissen; Sed & ARGUMENTA sequentia huic falsæ hypothesi opposuit. Quia

α) OECONOMIA omnis salutifera tam *ante diluviana* quam *post-diluviana*, tam *Levitica* quam *Christiana*, nunquam fuerit *absoluti* cujusdam Decreti, sed ubivis ad *Constitutum* quodpiam *tempus* & *habitudinem personarum* respexerit, id quod ex CIRCUMCISIONE non minus clarum, quæ *diei* adligabatur, quam ex AGNO *Paschali*, qui circa Festum Paschatos mactandus. Quia

β) *immundis*, itinere quopiam *impeditis*, & *aliis* indultum id fuit, ut tempus sine noxa mutarent. Num. IX. v. 6. ff. Quia

γ) DEUS non SIBI, sed *Nobis* suam Oeconomiam constituit, quæ tamen, si *extra culpam nostram*, adimpleri non potest, nec Legem ad nos applicat, nec Vindictam Divinam super innocentes adscisit.

§. LXXV.

Progreditur & porro, ac Rationes pro sua causa urget sequentes. Quia puta

δ) *nondum* natus nec *renasci* possit. Quia

ε) Sacramento Altaris *innexit* privantur multi, *propter Religionem* captivi, vel etiam *aliis de causis* impediti, quibus

suffi-

sufficit *Manducatio Spiritualis*. Joh. VI, 53. ff. Ut de *furiosis fatuis* & aliis non dicat. Quia

ε) VIÆ *Divinæ* longe superant *nostras*. Esa. LV, 8. confer Cap. LIV, 10. & Ephes. III, 20. Quia

ζ) *publicis* PRECIBUS Ecclesiarum illi, qui sub corde matrum latent, sunt *ardentius* commissi DEO, collat. Jacob. V, 16. Genes. XXXII, 27. Quia

η) CHRISTIANI in *Abyssinia* spem habuerint super *Infantes non baptizatos*, ubi parentes sunt *extra culpam*. Quia

ϑ) Celebris D. inter Papæos JOANNES GERSON, cum nobis disertissime consentiat. Quia

ι) Paulus duxerit nos ad SPIRITUM S., Qui *intercedat pro nobis, gemitibus, qui dici nequeunt*, Rom. VIII, 20. conf. 1. Joh. V, 4. Quia

ια) Hæc *non est DEI Voluntas, ut pereat ullus de pusillis istis*. Matth. XVIII, 14. conf. Genes. XVII, 7. Esa. XLIV, 4. XLVIII, 19. XLIX, 1. Luc. XI, 13. Quia

ιβ) CHRISTUS, in utero degens, peccaminosam nostram conceptionem sanctificaverit; Conf. Hebr. II. v. 10. & 17. Quia

ιγ) CHRISTUS ad SE vocatos & admissos eosdem Voluerit. Matth. XIX, 14.

§. LXXVI.

Nec id quidem satis fuit Eidem, sed respondit etiam feliciter ad OBJECTIONES *Papæorum*, & quidem

ad PRIMAM; quod *Infantes V. T. Fœdere Circumcisionis fuerint sanctificati*: Quod & in N. T. tale quid *sperari* debeat, a *DEO occulto*, *DEO Israelis*, & *Salvatore*. Esa. XLV, 15, Qui DEUS tam SABBATHI, quam BAPTISMI sit. Conf. Luc. VI. v. 2. ff. Pergit & enervare *Objectionem*

SECUNDAM; quod *natura tales Infantes sint filii Iræ*. Eph. II, 3. & petit, ut conferant v. 4. ejusdem Capitis, ubi exhibetur DEUS, Qui *Dives est Misericordia, propter multum Amorem Suum*,

Suum quo dilexerit nos. Siquidem nos, quum essemus *mortui peccatis, vivificavit cum CHRISTO.* Simili ratione.

TERTIAM *Objectionem* refellit, quod *Infantes sint caro de carne nati*; Et adjicit, quod *ipsis baptizatis caro adhæreat*, qui nihilominus *potestatem a CHRISTO acceperint, ut filii DEI essent, credentes puta in Nomen IPSIUS.* Joh. I, 12. quamvis & *ex DEO nati sint* 1. Joh. III. 9. non tamen præjudicare huic accedaneæ saluti idipsum, quod omnes exclament: *Quis dabit mundum ex immundo? Non quisquam.* Job. XIV. v. 4. Hinc & decidit, quod *Sanguis* JESU CHRISTI, FILII DEI *emundet omnes ab omni peccato.* 1. Joh. I, 7. Illique etiam infantes, *grati sint facti in* DILECTO, *in* QVO *habeant Redemtionem per Sanguinem* IPSIUS, *Remissionem puta, peccatorum, juxta Divitias Gratiæ* IPSIUS. Ephes. I, 6 s. Ne & valeat *objectio* illorum

QVARTA; Quod *hæc qvidem singula adversus* SCRIPTURAM *scripta sint*; Hinc adjicit loca ad Hebr. XI, 6. Act. XV. v. 9. Joh. III, 16. & petit, ut attendant ad Locum imprimis Hebr. XII, 2. nec per *debilitates Infantum* offendantur. Siquidem *Virtus DEI in Infirmitate etiam perficiatur.* 2. Cor. XII. v. 9. Eodem modo ad *Objectionem*

QVINTAM; Quod intelligens homo *liberum Arbitrium habeat credendi in* CHRISTUM, *Mundi* REDEMTOREM, vel etiam *non credendi*; Regerit, quod *non omnium sit Fides.* 2. Thess. III, 2., & vel ipsi Discipuli habuerint sonticam causam precandi; DOMINE, *adde nobis Fidem.* Luc. XVII. v. 5. Sicut & PATER Filii illius, qui habuit *spiritum mutum*, cum lacrymis dixerit: *Credo* DOMINE: Juva meam *incredulitatem!* Marc. IX, 24. CHRISTUS & IPSE Decisum tulerit Joh. VI. v. 29. *Hoc est Opus DEI, ut credatis in* IPSUM, QVEM *misit* ILLE; Cum igitur DEUS FIDEM *efficiat*, tunc de eodem sperandum esse decidit, quod in *casu necessitatis*, idem illud facere possit & velit. Quicunque enim id effecit, ut MOSES & ELIAS, ac *iste* quidem *tribus*, *hic* vero *una* vice, *jejunium Quadragesimale* sustinuerit, illi quoque hoc non sit impossibile, ut *infantes* sine Baptismo salvaret, æque ac CHRISTUS sine Me-

dicamentis *Salutem ægrotorum* omnipotenter attulit; In quibus singulis decisum illud valuerit: *Apud homines hoc impossibile, sed apud DEUM omnia possibilia sunt.* Matth. XIX, 26.

§. LXXVII.

Sed promtus itidem fuit, ut removeret *Objectionem*

SEXTAM, quando puta, *ex Scriptura id probandum esse*, vociferantur; Et ibi quidem sobrie ratiocinatur adversus *Papæos* Quomodo nempe id exigere possint, cum S. SCRIPTURAM miris convitiis lacerent, eamque protinus ac diriter calumnientur? Addit & quod præsumat illis quidem ipsis hærere sententiam *Bellarmini Lindani, Heinrici* ac *aliorum*, qui ne quidem *Pædo-Baptismum* ex S. Scriptura adstrui posse consenserint, ut hac ratione *longe minus* salutem non baptizatorum Infantum crediderint, siquidem cum *Baronio* Pædobaptismum ad Annum Christi CCCXCVI. retulerint, & in Concilio *Carthaginensi* institutum opinarentur. Ubi memores insimul debuissent esse querelarum PIGHII. *Lib. I. de Hierarch. Ecc. Cap. IV.* qui Methodum disputandi *ex SCRIPTURIS* habuerit pro *tanto igne*, quem *nec Pontifices*, nec *Episcopi*, nec *Monachi* inde a Lutheri temporibus *extinguere* potuerint. Nec minus *consilii* istius, quod An. MDVIII., Bononiæ congregati Episcopi, JULIO *Papæ III.* commendaverint, ut in *Controversis Disputationibus*, tam parum, quam id ulla via contingere posset, SCRIPTURÆ mentionem facerent. Speciatim vero & strenue ac solide porro ratiocinatur: Si DEUS infantibus abs Adamo usque ad tempora Abrahami, antequam SACRAMENTAM *ullum* est institutum, sine tali Sacramentali Medio, Fidem ac salutem donavit, tunc id istud postea etiam fieri potuit sine tali ordinario Medio: Si JACOB, JEREMIAS & JOANNES, jam in Ultero Matris, SPIRITU S. impleri potuerunt; Quomodo ergo illud in N T. Omnipotenti non fuerit possibile? Si *Misericordiæ JEHOVÆ non sunt finitæ, nec consummantur Miserationes EJUS*, sed *novæ fiunt omni mane.* Thren. III, 22. 23. quid obesset, quominus & Eædem Infantibus contingerent: Si *filius* DAVIDIS septimo die moriens, & sic Circum-

cumcisionem non accipiens, nihilominus salvatus fuerit 2. Sam. XII. v. 23. quare non Christianorum Infantibus eadem contingere possent? Si commune dicterium CHRISTI fuerit Hebr. II. 13. *Ergo ero confidens super Te:* Et iterum *Ecce Ego & pueri, quos Mihi dedit DEus.* Ut & Jobus in tristissima sua fatalitate ingeminaverit, veluti super reliqua, sic & super filios filiasque interemtas: JEHOVA *dedit*, & JEHOVA *abstudit: Sit Nomen* JEHOVÆ *benedictum. In quo omni non peccavit Jobus neque reddidit absurditatem DEO.* Cap. I. 28. Si & ulterius a *Tyranno* PHARAONE in Nilum *projecti infantes* non sunt damnati. conf Exod. I, 22. Act. VII. v. 19. Si denique in Arabico deserto *infantes sine Circumcisione demortui*, non potuerint damnari; tunc illud ipsum longe minus de *Christianorum Infantibus*, qui nec sua, nec parentum culpa, Medio hoc Salutifero exciderunt, horrida illatione concipi posse. Progreditur eodem modo, & argumentatus est: Si *Bethlehemici* & abs HERODE Tyranno interfecti *Infantes*, Matth. II. v. 16. damnationi non exponi possint, quomodo igitur damnationi exponerentur Infantes abs iis, quibus est injunctum Luc. VI, 37. *Non judicate, ut non judicemini: Ne condemnate ut non condemnemini.* Tandem & addit Exemplum *Latronis*, in in cruce acceptati, qui tamen Sacro Baptismo non fuerit tinctus. Luc. XXIII, 43.

§. LXXVIII.

Ex his singulis elicit in *Refutationem* Papæorum, Biblica loca: *Num abbreviando abbrevata est Manus DEI, ut non sit Redemtio?* Aut, *num non est virtus in ME ad eripiendum?* Esa. L, 2. Addit & Luc. XII, 32.: *Ne time tibi, o parve Grex: Quia complacuit PATRI vestro, dare vobis Regnum.* Quinimo ad illum Locum Apoc. III, 7. pergit, quod CHRISTUS puta, *habeat clavem Davidis, Qui aperiat, ut nemo claudat, & claudat, ut nemo aperiat*, tandemque absolvit Dicto illo emphatico. Joh. V, 17. PATER *Meus usque nunc operatur ideo etiam Ego operor.* Arguit & præterea eosdem quod SCRIPTURÆ non fidant, cum tamen *quicquid scriptum sit, in nostram Doctrinam præscriptum sit*

ut per patientiam & consolationem Scripturæ spem habeamus Rom. XII, 4. Unde etiam *ne jota unum aut unum cornículum præterire posſit*; Matth. V, 18. Siquidem *omnis SCRIPTURA Divinitus sit inspirata.* 2. Tim. III, 16. Ex illis singulis quoque enervat *Objectionem.*

SEPTIMAM, quod Marc. XVI, 16. membri secundi forma ita sit deducenda: *Quicunque non crediderit NEC BAPTIZATUS FUERIT, ille damnabitur*; quorsum & trahunt Papæi Joh. III, 5. & exemplum *Eunichi* Act. VIII, 27. ff; Ac clarius demonstrat, quomodo *SCRITURÆ nil sit addendum.* Apoc. XXII, 18., *EVNUCHI*, ceu *adulti* exemplum, ad Infantes non quadret, nec ex locis 1. Joh. V. v. 7. Joh. X, 30. quicquam hic inferri possit; Siquidem *soli FIDEI* Salus, & *soli INCREDULITATI* Damnatio deputetur; id quod *BERNHARDUS & COSTERUS* ipse, diffiteri nec voluerint. Cui accedat, quod Redemtor *mulierem*, quam ligaverat satanas decem & octo annos, liberaverit, ex eo momento; Quia Filia Abrahæ sit. Luc. XIII, v. 16. Qui & *in mundum venerit, ut dissolvat opera diaboli.* Joh. III, 8. Quam & ob causam ratum id magis habet, ut *Apostolum* sequamur, qui 1. Cor. XIII, 7. scripserit; *Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Adjicit & Locum Matth. V. v. 3. ubi *beati* deprædicantur *pauperes spiritu*, & subsumit ex Locis Ps. CVI, 38. Jerem. XIX, 4. Joh. III, 19. Matth. II. v. 16. quod hi *Infantes* vere sint *pauperes*, ut vel ipsos *gentilium genitos* misericordia dignos habuerit DEUS. Jon. IV, 11. Sicut & ex Physicis hoc etiam accedat, quod *testibus Medicis*, vel in ipso matris utero *flexis genubus & plicatis manibus* jaceant, quorsum applicat Loca Psalm. CXI, 2. & Ps. CXXXIX, 5. f. & longe majori probatione, submittit Loca Ps. VIII, 3. Genes. I, 27. Ps CXXVII, 4. 1. Cor. VII, 14. Luc X, 21. Marc. X, 15. &c. Quibus tandem singulis reliqua eruditissime adjecit, quæ ad hanc Causam facere ac sufficere omnino possunt.

§. LXXXIX.

De *Statu INFANTIUM*, a Gentilibus progenitorum, cum

cum *in infantia decedunt*, adhuc foret suscipienda disquisitio; Verum cum jam Anno MDCXCVII. sub Magno nostro *FECHTIO*, Dissertatione solidissima, id quidem Thema absolverit, *Incruentus ille Martyr Thorunienſium*, *Magnificus DN. JACOBUS HENRICUS ZERNICKE*, cui DEUS benedicat! Hinc breves demum lineas ducimus eorum, quæ luculentius ibi sunt consultata. *SECTIONE* etenim *ſecunda PRIMAM* exhibet *CLASSEM* eorum, qui in *neutram* vel *nullam partem* quicquam determinaverunt. Sic ἐποχὴν selegerunt *GERHARDUS* & *Sebastianus SCHMIDIUS*. Addit & *SECUNDAM CLASSEM* eorum, qui itidem ἐποχὴν non reprobaverint, nihilominus tamen ad *Decisum* quoddam, in hac causa tandem devenerunt, ut *BALDUINUS*, *DANNHAUERUS*, *CALOVIUS* & *Georgius CALIXTUS*, ubi subjicit insimul eos, qui nihil hac de re *revelatum* esse dicunt, ut *Faustus REJENSIS*, *Balthasar MEISNERUS*; nec minus eos, qui judicium cum *inclinatione* vel in affirmantem vel negantem resolvant, ut *Joannes Adamus OSIANDER*, *Henricus MÜLLERUS*, *HUNNIUS*, *SCHERZERUS*, *HÜLSEMANNUS*. Et *Alios*, qui in alteram sententiam *magis* inclinant, alteram tamen aperte *rejicere* renuunt; ut *Jacobus HEERBRANDUS*, *Tobias WAGNERUS*, *BEYERUS* & *Joannes TARNOVIUS*.

§. LXXX.

In progressu ad *TERTIAM CLASSEM* bene sperantium nomina memorat, *DANNHAUERUM* puta, *SCHERZERUM*, *HUNNIUM*, *Joannem Adamum OSIANDRUM*, *Balthasarem MEISNERUM*, *CARPZOVIUM*, *NIEMEIERUM*, *HILDEBRANDUM*; Et huic Classi, non ideo tamen & *Orthodoxis*, ad numerare voluit *Fanaticos*, *WEIGELIUM*, *BÖHMIUM*, *BARKLAJUM*, *ASSEBURGICAM*, & ex *Calvinianis ZWINGLIUM*, *BUCERUM*, *MARTYREM*, *CALVINUM* & *alios*. Properat & ita ad *CLASSEM QVARTAM* eorum, qui mente iidem & solo demum *probandi modo* diversi, *Mediam DEI Scientiam*, fundamenti loco hic substernunt, cui Sententiæ addicti fuerint; *HÜLSEMANNUS*, *THEOLOGI Argentoratenſes*,

seases, QVENSTADIUS, DREIERUS, OSIANDER. Submittit denique QVINTAM CLASSEM, qui *Damnationem* & Reprobationem Infantibus adscribunt, quos ex BELLARMINO distinguit in MITIORES, quales fuerunt AMBROSIUS, CATHARINUS, *Albertus* PIGHIUS & *Hieronymus* SAVANAROLA, SEVERIORES, quales fuerunt THOMAS, *Aquinas* & nonnulli alii *Scholastici Doctores*, & tandem SEVERISSIMOS, qualis fuerit *Petrus Lombardus* cum *multis aliis*. Disquisite etiam addit eos, qui *solam pœnam Damni*, seu privationem his Infantibus adjudicent, quorsum refert AUGUSTINUM, ex *Pontificiis* BELLARMINUM, & ex nostris *D. Petrum* MUSÆUM. Nec obliviscitur eorum, qui *Damnationem omnem* Infantibus ex JustissimoDEI Judicio tam quoad *pœnam Damni* quam *sensus* adscribant; Quorsum trahit *Secundum Aug. CONF. Articulum APOL. p.* 156. LUTHERUM & plures HEERBRANDUM, *Ægidium* HUNNIUM, *Salomonem* GESNERUM, *Felicem* BIDENBACHIUM, HAFENREFFERUM, *Joannem* AFFELMANNUM *Paulum* & *Joannem* TARNOVIUM Fratres, GERHARDUM, HOEPFNERUM, GEORGIUM CALIXTUM & *Christianum* DREIERUM, HULSEMANNUM in posthumis, *Michaelem* WALTHERUM *Joachimum* LÜTKEMANNUM *D. Christophorum* FRANCKIUM &c.

§. LXXXI.

Postea SECTIONE TERTIA examinat propositas *Sententias*, & ARGUMENTA adducta solide refellit, tandemque DECISIONEM pro *damnatis Gentilium Infantibus*, ex momentis sequentibus tulit: Quia 1) *removerit* omnes reliquas Sententias. Quia 2) Ephes. II, 12. IV, 17. ff. 2 Thess. I, 8. illi *damnantur*; Quia 3) peccati Originalis Stipendium *mors* sit Rom. VI, 23. conf. Rom. V, 12. 18. 1. Cor. XV. v. 22; Quia 4) Medium Salutis ex parte hominis unicum, *FIDEM* non habent, sine qua tamen nemo salvari possit. Ex Joh. III. v. 5. 18. Marc. XVI, 16. Rom. III, 28. Hebr. XI, 6. 2. Thess. I, 8; Nec habeant

habeant *VERBUM*, unde Fides oritur. Rom. X. v. 17, neque *BAPTISMUM*, qui generat in nobis Fidem. Gal. III, 26. s. neque parentum aliorumque credentium *PRECES*, neque tandem *aliud* Medium extraordinarium, quorum nullum super eosdem sit revelatum. Quia 5) *Judicium* Gentiles maneat. 1. Cor. V, 13. Rom. II v. 8 s.; Quia 6) magna sit *differentia* Infantium Christianorum & paganorum. 1. Cor. VII. v. 14. Quia 7) notum sit axima: *Extra Ecclesiam non est Salus.* Quia 8) Sententia *contraria* damnata fuerit in *Pelagianis*, teste *AUGUSTINO*; Quia 9) consentiant *antiquiores Patres AUGUSTINUS* inprimis, & qui post eundem vixerunt. Quia 10) LL. nostri SS. nobiscum *consentiunt.* Quia 11) *recentiorum Ecclesiæ nostræ Doctorum* adsit Consensus. Quia 12) in *malam partem* contrariam Sententiam rapuerint ex una parte *Fanatici* & *Anabaptistæ*, ex altera *Sociniani* & *Naturalistæ.*

§. LXXXII.

Sed & Progressum fecit *DN. REGENTIUS* ad *ERROREM FANATICUM.*

XII. Das äusserliche thut nichts zum Wercke der Seeligkeit. *Joh. VI*, 93. Eidemque opponit

a) Locum Matth. XXV, 34. Kommet her ihr Gebenedeyeten meines Vaters, besitzet das Reich, das euch bereit ist von der Zeit, da der Welt Grund geleget ist: Dann ich bin hungrig gewesen und ihr habt mir zu Essen gegeben. Sed num hocce *Dictum* opponi possit, *venditationi Fanaticorum*, qui TEMPLA, CATHEDRAS *Ecclesiasticas & Confessionales*, BAPTISTERIUM, *Potestatem* CLAVIUM & vim Sacramentorum, BAPTISMI ac S. COENÆ vilipendunt, repudiata volunt ac ignominiose respuunt; Hoc est, de quo graviter dubitamus. Deinde etiam, solidius jam ac sæpius rejectus est *Error Papaorum*: Ac si per *Bona Opera salvemur*; Hinc paucis demum monemus, quod in exhibito Loco, *collocatio ad Dexteram & Sinistram*, exprimat tam *Salvationem* Credentium, quam *Damnationem* Incredulorum; Deinde vero post eandem utramque jam collatam, exhibetur respectu *Gradum Gloriæ*, iisque

iisque oppositorum Damnationis graduum, series Operum illic enumeratorum. Quamvis etenim mire tripudient in hocce Textu *Papæi*, putentque, se hic inveniſſe *firmiſſimum*, & invictum argumentum, quo demonſtrare poſſint. *Bona Opera juſtificare & ſalvare*; Imbelle tamen & obtuſum eſt telum. Nam CHRISTUS hæc Opera Caritatis, a piis ſibi, in Membris ſuis præſtita, non adducit, tanquam CAUSAM *Salutis meritoriam* (idenim nonſolum *Fidei Analogia* in aliis Scripturæ Locis, verbis claris & perſpicuis traditæ, verum etiam *Argumentis* ex ipſa Chriſti Sententia paulo ante tradita, utpote, quando dicit: Venite κληρονομήσατε, *hæreditario Jure accipite*, adverſaretur,) ſed tanquam *externa Indicia & ſigna*, quibus pii vere ſeſe electos, & vere credentes eſſe demonſtrarunt. Proinde vocula: γὰρ h. l. non eſt cauſalis, ſed *ratiocinativa*, non exprimens CAUSAM *meritoriam*, *vel efficientem* Vitæ æternæ, ſed dictorum *Conſequentiam* ſubjiciens &c. Vid. D. G. MöBII. *Selecta Diſpp. Theol. p.* 1127. ſſ.

§. LXXXIII.

Eodem modo *Fanaticorum* Errori non recte oppoſuit DN. REGENTIUS

β) Dictum Matth. V, 16. Alſo laſſet euer Licht leuchten für den Menſchen, daß ſie eure gute Wercke ſehen, und preiſen euren Vater, der im Himmel iſt. Locus enim ille non agit de *Bonis Operibus legalibus*, ſed illuſtratur potius ex *Ceremoniis* Feſti Tabernaculorum receptis, ubi Magnates, iique pii & devoti in eodem ſaltabant, coram Spectatoribus באבוקות של אור h. e. cum *facibus lucentibus*, quos in manibus habebant, canentes *Hymnos* & Δοξολογίας: Per φῶς autem intelligitur LUX *Doctrina Evangelica* (cujus Prædicatio præcipuum *opus* & fructus fuit Apoſtolorum;) Qua quidem ratione expoſitio hujus Dicti, hocce ex contextu inſtituta, felicius opponi potuiſſet *Fanaticis*; Prædicatio enim Apoſtolorum *opus fuit externum* & hac eadem Ille DEUS, *Qui dixit, ut ex tenebris Lux oriretur, Lucem dedit in Cordibus Apoſtolorum, ad illuminationem Cognitionis Gloriæ DEI, quæ eſt in Facie*

JE-

JESU CHRISTI: 2. Cor. IV. v. 6, Et cum *Fanatici* se ad hunc Locum recipiant, quando *LIBERTINISMUM DOCENDI* invehere volunt, tunc tutius exigere potuisset, quod *hac potestas Docendi*, ordine distincto, quatenus est *publica* & solius Ministerii, non possit trahi ad quoscunque *nondum vocatos*; Vid. *WERNSDORFFIUS*. De *LIBERTINISMO DOCENDI p.* 24. *f.* addantur *DN. WOLFII Cura Philologica & Critica, pag.* 89. *f.*

§. LXXXIV.

Firmiori nexu *DN. REGENTIUS*

γ) Locum urget Rom. X. v. 10.: Mit dem Munde geschiehet die Bekenntniß zur Seeligkeit; Ibi etiam se opponere potuit *Fanaticis* longe felicius; Omnino siquidem *exteriora Opera* in Professione Fidei urget & requirit *SPIRITUS S.* Und es thut diß äusserliche allerdings etwas zur Seeligkeit; Vereor tamen ne, in applicatione aberret, siquidem *Papæis* inde Argumentum nullum venit erroris sui, acsi *non sola Fides, sed etiam Bona Opera CAUSA sint Salutis*; Dum siquidem de *eadem Fide* differit *Apostolus*, quæ *corde* creditur, & nunc etiam *ore* propaganda: Mit was vor Rechte kan man denn nun solche Worte unserer Glaubens-Lehre entgegen setzen, und die Lehre vom Verdienst der guten Wercke damit bestätigen. Und gesetzt, man müsse diß Bekänntniß Christi als eine Frucht und gute Wirckung des Glaubens ansehen, welche dem Glauben selbst zu contra distinguiren sey, so muste man sagen, daß PAULUS rede, nicht de *CAUSA Salutis*, das ist, nicht von der Ursache unserer Seeligkeit, sondern de *OFFICIO salvandorum*, oder von der Pflicht der gerechtfertigten Christen, welche gedencken seelig zu werden, denen es allerdings oblieget, dieses mit dem Munde zu bekennen, was sie im Hertzen glauben; imgleichen de *ORDINE* DEI, von der göttlichen Ordnung, wie und in was vor Stuffen, Er unser Heyl würcke und vollführe, und wie eines aus dem andern folge. Also stehet Rom. 6 v. 22. Das Ende der Heiligung sey das ewige Leben, nicht als wenn unsere Heiligung eine verdienende Ursache des ewigen Lebens

wäre, sondern weil auff solche Gradus und Stuffen endlich das ewige Leben durch GOttes Gnade folge. Man kan aus dem Beweiß-Grunde, welchen Paulus anführet, selbst abnehmen, daß er in unsern bißhero erklährten Texts-Worten die Gerechtfertigung und Seeligkeit, nicht den Wercken, sondern alleine dem Glauben zuschreiben müsse, weil er einen solchen Spruch anführet, darinnen nicht der Wercke, sondern des Glaubens alleine gedacht wird, v. 11. Denn die Schrifft spricht: Wer an ihn gläubet, der wird nicht zu schanden. Videatur *D. Güntherus. ad L. c.*

§ LXXXV.

Optimum quod addidit,

δ) illud est decisum: Der grobe Verstand der *Capharnaiten* vom rohen Fleisch, wird *Joh. VI.* 63. bloß allein verwiesen, nicht aber der äusserliche GOttes-Dienst, und Gebrauch der heiligen Sacramenten verworffen. Sicut enim *D. PFEIFFERUS. Anti-Calvinismi Cap. XIII. §. 22. p. 594. s.* solide adversus *Calvinianos* scripsit: Ich wil nimmermehr hoffen, daß jemand unter uns gestatten werde, daß Christus mit den Worten: Das Fleisch ist kein nütze. Seinen Leib, oder sein heiliges Fleisch meyne, und daß selbiges vor unnütze zu erklähren sey. Vor solchen Gottes-lästerlichen Gedancken behüte GOtt! Sondern es giebt es ja die Sache selbst gantz offenbahr, daß damit die fleischlichen Gedancken angezeiget werden; denn von seinem Fleische saget der Heyland ja klar, daß es der Welt das Leben gebe, wie soll es denn itzo kein nütze seyn? Darum verwirfft in diesen Worten Christus die groben und ungereimten Gedancken von Geniessung seines Fleisches, in welcher die Capernaiten und ihres Gleichen vermeyneten, Christi Fleisch muste also gegessen werden, als wie man etwa Fleisch isset. Diese, sind kein nütze und gantz untüchtig, dieses Geheimniß, wie man Mich geistlicher Weise geniessen solle zu, begreiffen; Ita quoque adversus *Fanaticos*, qui Prædicationem Evangelii, Potestatem Clavium, & Administrationem Sacramentorum ad *carnem* & *carnalia* referunt Opera, responderi poterit. Quicquid enim Divinæ est Institutionis, vires spirituales confert & conciliat, ac promissionem habet

habet Vitæ æternæ, illud pro carne & carnali actione blaſpheme habebitur: Sed vero Media noſtra ſalutifera ſunt talia. Ergo pudeat Fanaticos, quod tanta inſania, adverſus ipſa ſalutifera Media offendant, & Iræ Divinæ reos ſe faciant.

§. LXXXVI.

Tandem *DN. REGENTIUS*

XIII. ad *ERROREM Fanaticorum*: Wer das Abendmahl halten wil, muß ein gläubiger Chriſt ſeyn. 1. Cor. X, 16. ſe accingit, illique opponit Textum Wer unwürdiglich dieſes Brodt eſſen, oder den Kelch des HErrn trincken wird, der wird ſchuldig ſeyn an dem Leibe und Blute des HErrn. 1. Cor. XI, 27. hunc & in finem addit exemplum *JUDÆ proditoris*, de quo perhibuerit Joannes Cap. XIII. v. 17. Daß nach dem Eſſen der Satan in ihn gefahren. In quibus ſingulis nil habemus, quod conſenſum noſtrum impediret, qui alibi jamdum hoc Thema plenius proſequuti ſumus ac abſolvimus; Interea, quamvis facile concedamus, quod *CATECHISMUS Zinzendorffianus*, his *hactenus exhibitis & pluribus aliis* adhuc ſcateat erroribus, nihilominus tamen *DN. REGENTIUS* etiam videbit; quot & qualibus erroribus detineatur ac vinciatur. Nec majus quid ergo in votis habemus, quam ut cum *Fanaticis* reſipiſcat, alias vias ſeligat, & ſic candidam rationem ſuæ ſalutis habere incipiat!

SOLI DEO GLORIA!

Viro Juveni Præ-Clarissimo Eruditissimoque

DN. P. A. WEHNERO,

SS. Theologiæ Cultori Strenuo ac Indefesso,

Cognato Suo Impensissime Dilecto,

Salutem omnigenam & prosperrimum exoptat Disputationis Successum.

WEIDNERUS, D.

NOnne Documentum singularis Divinæ Providentiæ colligerem ex Argumento selectissimo, Qui nunc Te COGNATE *Suavissime* in Cathedram Theologicam ducere valeo, quem MATERTERÆ MEÆ, FILII, FILIÆ, FILIUM, novi? Rarum hunc habeo casum! Sed vel majorem deprehendi; Avi Mei non incelebris olim, & nunc ultra LXXX. annos defuncti, faciem tam exacte refers, acsi Primogenitus *Magistri* JOH. NEUCRANZII *Illius* extitisses, & quod ad ardorem, in Studiis Tuis solicite versandis, adtinet, Te Surculum *Pro Avi Mei, Magni Illius Hamburgensium Theologi*, DN. VALENTINI WUDRIANI, ut lætus adguoscam, non una mihi suppetit ratio. Hinc & verbis ac encomiis meis non opus esse persuadeor; Floreas modo perpetim, uti flores, & spem MATRIS TUÆ, MATRONÆ, in qua PIETAS & PRUDENTIA reciproca gloria æmulantur; Opinionem item OPTIMI *Tui* PATRUI ac MÆCENATIS, *Præ-Nobilis ac Amplissimi* DN. WEHNERI; Quin & denique Vota *Totius Nostræ* FAMILIÆ, adimple, imo exsupera! e Museo. IV. Iduum Septembris, ANNO Ecclesiæ Lutheranæ, JOBELÆO MAXIMO. MDCCXXX.

(o)

ondern weil auff solche Gradus und Stuffen endlich das
hen durch GOttes Gnade folge. Man kan aus dem
runde, welchen Paulus anführet, selbst abnehmen, daß
bißhero erklährten Texts-Worten die Gerechtferti-
eligkeit, nicht den Wercken, sondern alleine dem
eiben müsse, weil er einen solchen Spruch anfüh-
t der Wercke, sondern des Glaubens alleine ge-
Denn die Schrifft spricht: Wer an ihn gläu-
u schanden. Videatur *D. Güntherus, ad L. c.*

§ LXXXV.

Optim dit,

d) m: Der grobe Verstand der *Gapharnaiten* vo wird *Joh. VI* 63. bloß allein verwie-
sen, nicht a he GOttes-Dienst, und Gebrauch
der heiligen verworffen. Sicut enim *D. PFEIF-
FERUS. Ant XIII.* §. 22. *p* 594. *s.* solide ad-
versus *Calvinia* wil nimmermehr hoffen, daß je-
mand unter uns daß Christus mit den Worten:
Das Fleisch ist ke n Leib, oder sein heiliges Fleisch
meyne, und daß selt e zu erklähren sey. Vor sol-
chen Gottes-läster ich behüte GOtt! Sondern es
giebt es ja die Sache bahr, daß damit die fleisch-
lichen Gedancken angez enn von seinem Fleische
saget der Heyland ja klar Welt das Leben gebe,
wie soll es denn itzo kein n m verwirfft in diesen
Worten Christus die grobe ten Gedancken von
Genieſſung seines Fleisches, in pernaiten und ih-
res Gleichen verm;yneten, Chri also gegessen wer-
den, als wie man etwa Fleisch kein nütze und
gantz untüchtig, dieses Geheimniß, n istlicher Weise
genieſſen solle zu, begreiffen; Ita qu *Fanaticos*, qui
Prædicationem Evangelii, Potesta & Admina-
ſtrationem Sacramentorum ad *carnem* ferunt O-
pera, responderi poterit. Quicquid est Insti-
tutionis, vires spirituales confert & cont tionem
habet

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1859241727/phys_0083
DFG